Forte multi viventes vita politica credunt felicitatem ponendam in honoribus eo quod ut plurimum cives magis honorari desiderant. Sunt autem in honoribus tria attendenda per que tria triplici via venari possumus felicitatem in eis non esse ponendam. Primo enim honor est bonum ad aliud ordinatum. 2o est bonum extrinsecum. 3o est magis in honorante quam in honorato. Felicitas autem cum non est bonum ad aliud ordinatum sed est bonum ad quod alia ordinantur non est bonum extrinsecum sed intrinsecum habet esse maxime in ipso felici sive in eo cuius est ipsa felicitas. Quod enim honor sit bonum ad aliud ordinatum patet per philosophum primo Ethicorum qui vult honorem esse exhibitionem reverentie in te

Rex

tirannus

non quid rex tirannus et predator

tria attendit in honore

diffinitio honoris

stimonium virtutis. Causa ergo quare
hoc volunt maxime honorari
est ut appareant sapientes et quod
tales quibus maxime debetur
honor. Ideo enim philosophus nullus
curat honorari a pueris quia
reverentia talium non est debitum
testimonium sapientie et virtutis.
Quare si honor est bonum ordina
tum ad virtutem in honore non
erit ponenda felicitas sed po
tius in ipsis virtutibus vel potius
in actibus earum. Secundo
non debite ponitur felicitas
in honoribus quia honor non est
bonum intrinsecum sed extrinsecum.
Dictum est enim quod honor est reve
rentia exhibita in signum vir
tutis. Signum autem vel testimonium si
plene vult manifestare ipsum signa
tum oportet quod sit quid notum vel
manifestum. Intrinseca enim non sunt
nobis nota et manifesta sed
extrinseca. Non enim cognoscimus que
quis in corde cogitat sed que
exterius reputat. Reverentia ergo
que est honor si debet mani
festare virtutem eius cui exhibetur
non sufficit quod sit cogitata in cor
de sed requiritur quod exterius proferatur.
Honor autem habet rationem extrinse
ci boni cum sit reverentia exhi
bita per quedam exteriora signa
quare si felicitas non est pone
nda in bonis extrinsecis que sunt
minora bona sed in intrinsecis que
sunt maiora bona in honoribus
felicitas poni non debet. —

Tertio hoc idem patet ex eo quod honor
magis est in honorante quam in
honorato ut plane vult philosophus
primo ethicorum. Quare si in ho
noribus ponatur felicitas conti
giet illa detestanda perversitas quod
felicitas magis sit in alio quam in
eo cuius est. Sicut enim probatur
dicitur curialitas est eius qui
facit ipsam sic honor magis est
in eo qui facit ipsum quam in eo qui
per huiusmodi reverentiam honoratur.
Apparet autem hoc esse sensibiliter
manifestum. Nam si aliquis incli
nans se et reverens alium vel ho
norat ipsum constat inclinationem
ipsam esse in inclinante non in eo cui
inclinatio exhibetur. Accidens
enim ipsum est in suo subiecto non autem
in obiecto vel si aliquo modo est in
obiecto tamen est in subiecto. Incli
natio ergo illa et reverentia ma
gis est in inclinante ut in subiecto
quam in eo cui inclinatur in quo
est ut in obiecto. Bene igitur di
ctum est quod reverentia sive honor
magis est in honorante quam in
honorato sed cum felicitas maxi
me sit in ipso felicitato vel in i
pso beatificato in honoribus non
est ponenda felicitas. Indecens
est ergo cuilibet homini ponere suam
felicitatem in honoribus ut cre
dat se esse felicem si ab omnibus
honoratur maxime tamen hoc est
indecens regie maiestati cui

Explici via venari possumus si n
rex suā felicitatem in honoribus
ponat sequuntur ad tria mala E
rit eni superficialr bonus erit
psumptuosus et erit iniustus
et inequalis Ita si princeps suā
felicitate in honoribus ponat
ad sufficiat ad hoc q quis hore
tur q videatur esse bo9 Non
curabit esse bon9 existent sed
aparent et superficialr Vn et
plures in politicis curantes de
honore tantu dicit esse fictos et
superficiales Si go maxime de
cet regem existent esse bonu
maxime indecens est ipm pone
felicitatem in honoribus qua
ex hoc periclitatur ppls est et
psumptuosus Ita ad finis ma
xime diligatur si princeps suā
felicitatem in honoribus ponat
ut possit honorem consequi p
sumat suā gentem expone od
pīculo Exm huius habes de fi
lio cuiusdā Rom principis noie
Torquati qui nimis honoris
auidus contra imperiu patris
ut honorem consequeretur se expo
suit periculis bellicis vnde Tor
quatus Romus princeps ne alii
ex hoc exm assumerent et ne es
sent nimis honoris auidi fili
um sic psumptuosum occidit no
obstante q dictus filius victoriā
optinuerat ab hoste ne go prin
ceps se periclitet et ne nimis

nota de torquato

psumat, no expedit ei suā feli
citatem in honoribus pone Ter
tio hoc est indecens ei ne sit i
iustus et inequalis decet eni
principem sua bona distribuere
zm dignitatem psonarū ut plā
bona det dignis et sapientibus
q indignis et histrionibus Si
si princeps suā felicitate in hono
ribus ponat qr summo ardore si
ms diligit no curabit remune
rare psonas zm suā dignitatem
sz solū eo mo bursta dividet
quo plures honoris consequi pos
sit Si go Rex suā felicitatem
in honoribus ponat erit malus
in se qr no curabit esse nisi su
perficialr bonus erit malus in
ppls sibi comisso qr non cura
bit enim periculis presumptuo
se et precipitant expone erit ma
lus in suis rebus qr eas no dis
tribuet equalr zm personarū
dignitatem



Differunt aut fa
ma et glā ab
honore et laude
qua honor et la
us sunt causa fame et glē ex
hoc eni est aliquis in fama et
glā qr laudatur et honoratur
honor aut differt a laude quia

est vilior ea Nam laus proprie
non est nisi per signa vocalia.
sed honor habet esse per quecumque
signa exteriora unde dicitur po
Rethorice quod partes honoris sunt
sacrificia et recordaciones in metris
antiqua primordialitas sedis ad oro[e]s
et cetera Talia exteriora signa
pertinencia ad reverenciam gloriam quidem
et fama pro eodem accipi consueuere
rursus Unde gloria est quedam clara

glo(ria) quid est — notitia de aliquo Est enim gloria cla
ritas quedam hoc est fama
quod fama est quedam clara cum
fama quid est — laude notitia Si autem vellemus
aliquo modo distinguere inter gloriam
et famam diceremus quod fama
nota — oritur ex gloria Erit ergo hic
ordo quod gloria oritur ex honore
Nam ex hoc quod aliquis est in magna
[re]gno honore et magnus apparuit
ex hoc apparet clarus et glo
riosus Fama autem oritur et
ex honore et gloria quia ex
hoc quod aliquis est in honore et gloria
habetur in fama et precio accipiendo sic famam et gloriam lar
ge et pro eodem posset forte
alicui videri felicitatem esse po
nendam in fama et gloria
eo quod ea esse putant magnitudi
ne latitudinis tum ad diversas par
tes divulgari possit et magne
diuturnitatis tum per multa tem
pora contingat ipsam inde

lebilem esse videtur ergo quod maxime principes in hoc suam feli
citatem ponere debeant dicente
philosopho quinto Ethicorum quod mer
ces quedam danda est principi
bus, hec autem est honor et glo
ria quibus si contenti non sunt
tiranni fiunt Sed hic stare
non potest quod triplici via verum
non possumus Certum enim ad princi
pem spectat quod satis potest haberi
per habita felicitas non est tamen
signum boni, sed est et perfectum
et per se sufficiens bonum Secundo
felicitas inest tantum bonis et be
atis non autem infelicibus et pra
vis Tercio est in interioribus
bonis Non in hiis que exterioribus
existunt fama autem ex eo magis
est signum bonitatis quam sit ipsa
bonitas non solum competit bo
nis sed ut plurimum competit
ipsis malis Rursus magis in
nititur exterioribus signis quam
interiori bonitati Si enim fa
ma aliquem extollit ideo extollit
quod de ipsa apud homines ha
betur quedam laudabilis et cla
ra notitia sed scientia nostra
non sit ipsa res nec sit causa rerum
sed magis signum earum et quod
tanta ab eis fama nec est bo
nitas nostra nec ab ea depe
ndet bonitas nostra sed solum est
apparens signum nostre bonitatis
In ea ergo felicitas nostra esse non potest

Secundo hoc stat non posse quod gloria
et fama apud homines non solum
habetur de bonis sed etiam de omnibus
pravis quod enim multotiens in iudi
cando decipimur contingit quod plu
rimum illa detestanda perversitas
quod boni et digni non habentur
in pretio et pravi et infelices
sunt in gloria et in fama Tertio
in fama non est ponenda feli
citas quia magis innititur exteriori
bus signis quam interiori bonitati
Nam homo non intuetur nisi ea que
foris patent Non enim videmus
ipsas cogitationes mentis nec ipsas
virtutes nec malicias in animo
existentes sed si indicamus aliquem
bonum et virtuosum hoc est ex
hiis que nobis extrinsecus innotescunt
Sicut enim ad hoc quod aliquis honore
tur sufficit quod extrinsecus bonus apparet
sic ad hoc quod aliquis sit apud ho
mines in fama et in gloria suf
ficere videtur quod extrinsecus bona pre
tendat Quare cum regem deceat
esse totum divinum et quasi semi
deum si intenderit suam felicitatem
in eo ponere quod est magis signum bo
nitatis quam sit ipsa bonitas quibus
ipsi ~~[illegible]~~ non possunt participare
et magis innititur exterioribus
signis quam interiori bonitati incon
veniens est quod rex credat se esse
felicem si sit famosus apud ho
mines nisi si sit in populis gloriosus
non reputatur sed rex se credere bonum
esse si sit in gloria apud homines
actu virtuosus est si sit in gloria

dominum dictum est enim quod gloria et fa
ma est quedam clara ~~dei~~ notitia
cum laude Dei autem notitia ut
ad propositum spectat in tribus differt a no
titia nostra Nam notitia dei causat
res nostra notitia causatur a rebus
ut vult Commentator xi° metaphysice Amplius
notitia dei est infallibilis nostra no
titia pluries fallitur Amplius
notitia dei est de ipsis intimis no
stris Notitia vero nostra perfecte directe
solum exteriora comprehendit / bonitas
ergo nostra per se dependet a notitia
dei tamquam effectus a sua causa Rur
sus circa bonitatem nostram in notitia
deus non fallitur nec scientia sua fal
li non possit Amplius bonitatem
et maliciam nostram intimam deus
clare videt et percipit Non igitur
esse potest quod aliquis apud deum sit in
gloria et in fama vel sit apud i
psum in clara notitia et ~~cum~~ laude
nisi sit bonus et virtuosus ut exigit
status suus / licet ergo sit de no
titia dei et de fama et de gloria
apud ipsum neque tamen in fa
ma et gloria hominum felicitas est po
nenda Quod vero dicebatur quod
est diuturna et lata dici possit
quod est ex quo est modica et arta nam
secundum Boethium fama Romani populi nondum
quod transiit Caucasum montem Et non
igitur fama unius hominis per
universam terram se extendet Sed cum
tota terra sit quasi punctus respectu ce
li et secundum astronomos quelibet stella fixa
visu notabilis sit maior tota terra
arta et exigua est fama cuiuslibet hominis

nota differentiam inter nostram et dei notitiam

Rursus huiusmodi fama est bre
vis nec diuturna cum toto tempore vi
te presentis sit quasi punctuale dictu e
te perpetuitatis cum enim homo secundum mentem
sit immortalis in eo nec deus felicitatem
ponere quod immortalis et perpetue dura
re non possit. Et vero dicebatur mer
cedem tribuendam esse regibus et hanc
esse gloriam et honorem non est intel
ligendum secundum philosophum quod reges prin
cipaliter pro suo merito querere debeant glo
riam et famam hominum quia mo
dicus esset eorum fructus. Sed hoc
dictum est quia decet re
ges et principes esse magnificos et ma
gnanimos. Magnanimi autem licet non
intendant principaliter honorem sed
bonum honoris. Tamen eos consequitur
et decet eos acceptare honorem sibi
exhibitum non habentibus hominibus
aliquid magis quod eis tribuant. Unde
dicitur iiii ethicorum non quod honor
sit condigna retributio virtuti ibidem
dicitur. Acceptare ergo honorem tan
quam retributionem condignam est intelligi
quod retributio dupliciter vel enim ipsius honoris in
se vel ut procedit ex affectione dan
tium. Honor autem ipse cum non sit
nisi quoddam signum et quoddam te
stamentum bonitatis ut patet non
est condigna retributio. Aliquis ut
huiusmodi honor procedit ex affectione
dantium habet ibi esse quandam con
dignam remunerationem. Nam eo ipso quod
dantes non habent aliquid magis
quod retribuant congruit principi sic
non honorem exhibitum acceptare
propter quod ut plane patet in huius

no pulcrum

retributione acceptat affectum dan
tium et non honorem qui datur. Si
enim principes non acceptarent hanc
affectionem dantium sed requirerent
a gente sibi commissa alia exteriora
bona ut puta argentum et aurum
non differrent a tyrannis essent
nam ex hoc efficerentur populi de
predatores

Vegetius in libro
de re militari
supra omnia co
mendare videtur
bellorum industriam. Hoc enim secundum
ipsum est quod Romanos maxime exal
tavit quia maxime dederunt
operam rebus bellicis et studio
se studuerunt quod sibi possent sub
icere nationes propter quod secundum eum
regentium hoc esse debet principa
lissimum in intentione principis
quod habundet in civili potentia et
quod per eam sibi subiciat nationes et
gentes. Et si hoc esset felicitas
regia videtur esse ponenda in ci
vili potentia. Quod falsum est pro
bat enim philosophus in vii politicorum
quinque rationibus felicitatem non esse po
nendam in civili potencia. Prima
via sumitur ex eo quod talis princi
patus non multum durat. Secunda
ex eo quod esse potest sine bonitate vi
te. Tertia vero ex eo quod est indignus
Quarta autem ex eo quod per huiusmodi prin
cipatum cives ordinantur ad multa
bona. Quinta vero ex eo quod tale

dominium ut plurimum infert no
cumentum. Prima via sic patet. Vnde
per ciuilem potenciam velle sibi
subicere naciones hoc est velle
dominari per violenciam. violenci
a autem perpetuitatem nescit. Cum
igitur violenta non diu durant
talis principatus diu durare non potest
immo sicut ignis qui est nature
calide naturaliter agit cum calefacit sic
quia homo naturaliter est liberi arbitrii tunc
homo naturaliter dominatur hominibus quando
eis libere et voluntarie principatur
quod contingit si populus libere et
voluntarie precepta principis exequi
tur non ergo rex debet credere se esse
felicem si per violenciam et per
ciuilem potenciam dominetur quia
tale dominium cum sit violentum
et contra naturam diu durare non
potest. felicitas enim non est ponenda
in aliquo transitorio sed magis in
aliquo sempiterno. ¶ Secundo in
ciuili potencia non est ponenda
felicitas quia hoc potest inesse alicui et
absque bonitate vite. felicitas enim
ut supra dicebatur est perfectum et
per se sufficiens bonum. sicut impossibile est
aliquem in aliquo esse maximum bo
num nisi ille bene viuat et sit ma
xime bonus. sicut impossibile est in
aliquo esse intensam albedinem nisi
ille sit intense albus. ¶ Quod autem ci
uilis potencia possit inesse alicui
absque bonitate vite patet ex hiis
que temporibus retroactis facta
conspeximus. Legimus enim mul
tos tirannos pessimos maxime ha
bundasse in ciuili potencia. Vnde
Dionisius siracusanus siue dioni
sius siculus ut recitat philosophus
in politicis maxime habundat
in ciuili potencia et tamen pessimus
erat tirannus. Nero autem et Cesar
qui fuerunt principes Romani et tantum
habundarunt in ciuili potencia
pessime tamen viuebant vnde tante
fuerunt luxurie ut non videntur
esse nisi mulieres. tante fuerunt cru
delitatis ut non videtur in eis
esse aliquid molle neque clemencia
aliqua. vnde philosophus primo politicorum
ait quod ridiculum est regem putare
felicem si abiciat bene viuere
non ergo in ciuili potencia ponen
da est felicitas que sine boni
tate vite inesse potest. ¶ Tercio in
ciuili potencia non est ponenda
felicitas quia ciuilis principatus
non est optimus nec est dignus.
Si enim felicitas in aliquo principa
tu poni debet ponenda est in prin
cipatu optimo et digno. Principa
ri autem per ciuilem potenciam est
principari seruis non liberis. nam
talis principatus est per coactionem
et violenciam. cum ergo principatus
se extendat ad eos quibus
aliquis principatur ut vult philosophus in politicis
quanto liberi sunt meliores seruis
tanto principari liberis est melius
et dignius. quam principari seruis prin
cipatus ergo per coactionem et ciuilem
potenciam cum non sit liberorum sed
seruorum non est optimus neque dignus
ideo septimo politicorum dicitur quod princi
patus liberorum qui est cum virtute est
melior quam principari despotice id est
seruiliter. ¶ Quarto non est ponenda
felicitas in ciuili potencia quia

si princeps se credat esse felicem si habundet in civili potencia non ordinabit cives nisi ad exercitium armorum et ad ea per que sibi possit subicere naciones. inducet igitur cives non ad virtutem iusticie sed ad virtutem fortitudinis. Iusticia autem ut dicit philosophus vii° politicorum est maius bonum quam fortitudo non ergo ordinabit cives ad bona maiora ut ad iusticiam sed solum ad bona minora ut ad fortitudinem ne ergo periclitetur bonum gentis quod est divinius quam aliquod bonum singulare non decet principem suam felicitatem ponere in civili potencia. Quinto hoc c. xi non decet ipsum quia huiusmodi principatus infert ut plurimum nocumentum nam cum felicitas sit finis omnium operacionum quilibet totam vitam suam et omnia opera sua ut plurimum ordinat ad id in quo felicitatem suam ponit. Ponens igitur suam felicitatem in civili potencia et in subiciendo sibi naciones forte se bene habebit tempore belli. Tempore tamen pacis nesciet bene vivere. Nam cum ut plurimum non studuerit nisi in exerciciis bellicis et totam vitam suam ordinaverit ad fortitudinem non ad iusticiam et temperanciam tempore pacis in quo opus est iusticia et temperancia nesciet vivere. sed fiet viciosus et incurret nocumentum et in animam. Propter quod philosophus vii° politicorum vituperans lacedemones ponentes felicitatem in civili potencia ait turpe esse cum bellamus participare bonis tunc cum vacamus et sumus in pace fieri viciosos. Quare sic inconveniens est ponere felicitatem in aliquo non divino et in eo quod potest esse sine bonitate vite et est quid indignum et per quod ordinantur cives ad minora bona et ut plurimum infert nocumentum. inconveniens est principem suam felicitatem ponere in civili potencia et quod credat se esse felicem si posset sibi subicere naciones.

Satis est per habita manifestum quod in bonis corporalibus non est ponenda felicitas. Sunt enim tria bona corporis que homines maxime desiderare videntur videlicet sanitatem pulchritudinem et robur. imo nonnulli in talibus suam felicitatem ponunt. Videtur enim omnino esse contrarium de bonis corporis et anime. Bona enim corporalia quanto minus habentur magis desiderantur. Prius enim quam talia bona pregustantur credunt esse maiora quam sint. eis autem adeptis apparet non esse tanta quanta credebantur. Virtutes autem et bona intellectualia modum contrarium tenent. Nam eis adeptis inveniuntur maiora quam credebantur. Ideo ignorantes dulcedinem sapientie aliquid reprehendunt vacantes philosophie negocio scientifico quia ignorant bonitatem et dulcedinem virtutum et scienciarum. Cum si bene ea cognoscerent non solum et contrarie pareret

Dantes se scientiis et virtutibus
sed etiam derident quinimmo talibus
non vacarent bona ergo corporalia
quia habita reputantur maiora
quia sunt multi carentes corporali
bus bonis adeo affectant et cre
dunt ipsa esse tante excellentie ut
si haberent illa reputarent se esse
felices Ideo in primo Ethicorum dicitur
quod infirmi egentes ut sint sani fe
licitatem ponunt in sanitate et men
dici in divitiis turpes vero in pul
critudine debiles in robore. Sed
quod non sit felicitas nec in robore nec
in sanitate nec in pulcritudine tri
plici via venari possumus Primo
quia talia bona sunt corporalia 2o
quia sunt quodammodo exteriora Tertio
quia de facili sunt mutabilia Corpo
ralia enim sunt habent esse in corporali
bus ut in subiecto Nam sanitas est
in humoribus pulcritudo in mem
bris robur in ossibus et nervis
Unde ut vult philosophus tertio de eligendis
Sanitas est debita equatio humo
rum pulcritudo debita commensura
tio membrorum robur debita propor
tio ossium et nervorum Quare cum
humores membra nervi et os
sa sunt corporalia sanitas pul
critudo robur corporalia dicuntur
Non ergo in eis est ponenda felici
tas. Secundo felicitas in ta
libus poni non debet quia sunt quo
dammodo exteriora bona Unde homo
secundum philosophum est magis intellectus quam
sensus et anima est plus de esse
hominis quam corpus et forma ma
gis dicit naturam rei quam materia illa
igitur sunt maxima bona inte
riora mea que se tenent ex parte
anime ponenda est igitur felicitas
non in sanitate pulcritudine corpo
ris sed anime Non igitur aliquis se
credat esse felicem si habeat equatos
humores et sit sanus corpore vel si
habeat conformia membra et sit
pulcer vel si habeat proportionem
ossium et nervorum et sit robustus
corporaliter sed si habeat equatas
potentias ut quod inferiores
potentie subsint rationi et sit sanus
et fortis mente et si huiusmodi pote
ntias habeat ornatas virtutibus et
bonis operibus ut sit pulcher in a
nima. tunc ut exigit suus status
credat se esse felicem Dicimus autem
ut exigit suus status quia plena
felicitas in hac vita haberi non
potest. In sanitate igitur fortitudine
et pulcritudine corporali quia sunt
quodammodo bona exteriora felicitas
poni non debet Quod autem in solis
bonis interioribus sit ponere felici
tas patet per philosophum vii° politicorum
politicorum dicentem quod testis est deus
nobis quod felicitas in bonis interiori
bus est ponenda Testificatur enim
hoc deus per scripturam ut idem ibidem
innuit Nam deus non est beatus propter
aliqua exteriora bona sed propter ea que
sunt in se ipso. Si ergo anima beata assimi
latur deo non erit beata nisi per
bona que sunt in se ipsa Tertio
in talibus bonis non est ponenda
felicitas quia sunt valde mutabilia
Equatio enim humorum cum subsit mo
tui supercelestium corporum variatur

aeris mutacionem ciborum de facili re-
cipit variacionem. Sed amissa sanitate
amittitur robur corporis quia la-
santur membra debilitantur ner-
vi propter quod tollitur proporcio illa
nervorum et ossium in quibus habet
esse corporalis fortitudo. Sic etiam tol-
litur pulcritudo quia amissa sanita-
te fiunt membra macilenta non
remanet in eis color debitus amit-
titur conformitatem illam in qua
resultat decor et pulcritudo. Non
decet igitur regem nec quemcumque hominem
in talibus felicitatem ponere quia sunt
corporalia quodammodo exteriora et de
facili mutabilia. Dicamus igitur
ad intelligenciam omnium dictorum
quod non decet principem suam felicitatem
ponere in voluptatibus corporalibus
nec in diviciis nec in honoribus
nec in fama nec in civili potencia
nec in robore corporali nec in pul-
critudine. Omnibus tamen istis debet
uti ut sunt organa ad felicitatem.
Debet enim uti cibis in quibus
est delectacio corporalis propter con-
servacionem individui sine qua conser-
vacione persone ipse nec eciam ipse sit a-
pud regni et defectum eius propter con-
tingere malum gentibus. Debet uti a-
ctu matrimoniali propter conservacionem spe-
ciei sive propter creacionem prolis nam
ex defectu filiorum multa regna pas-
sa sunt divisiones et scandala
decedentibus enim principibus absque
liberis plures insurgunt ut domi-
nentur et faciunt dissensionem in
populo. Debet enim princeps possi-
dere sufficientes divicias ut pos-
sit regnum defendere et exercere opera
virtutum. Decet enim regem esse ma-
gnificum beneficiare personas dignas
quod sine diviciis fieri non potest. Sic
et ne vilipendatur maiestas re-
gia est rex dignus honore et ex-
pedit ei habere civilem potenci-
am non propter prinipensionem principis
ut plurimum eciam operantur
mala et offendunt alios quod re-
gno non expedit. Sic etiam debet
esse cure ipsi principi debita fa-
ma quia per hoc inducuntur sub-
diti ad virtutem. Nam ut plurimum
qualis est princeps tales populus.
Cum igitur princeps bonus predicatur
subiecti suscipiunt naturam benefa-
ciendi. Decet eciam sanitas pul-
critudo et fortitudo competunt
principi non quod in eis ipse sit
sit felicitas. Sed quia possunt
esse organa ad felicitatem
talia ergo diligenda sunt ut sunt
organa ad felicitatem et ut
faciunt ad quandam claritatem felicitatis
propter quod de hiis quomodo diligenda
sunt hic breviter pertransimus
quia de eis inferius sunt ali-
qua tractaturi.

Duas autem felicitates ponens c xvi
posuit unam politicam
aliam contemplativam
Voluit ergo felicitatem ponendam
non esse in viribus sive in
potenciis anime quia hiis non
solum boni sed eciam mali participant
nec eciam voluit eam ponendam

esse in habitibus quia habens habitum et non operans quasi assimilatur dormienti quibus enim aut homo dormiens non videntur discerni felices a miseris ut innuit philosophus 1o Ethicorum in actu sive in operatione anime est ponenda felicitas non in operatione viciorum sed in operatione virtutis non cuiuslibet sed virtutis perfecte quia felicitas ergo ut dicitur 1o Ethicorum est operatio anime secundum virtutem perfectam. Cum igitur virtus perfecta secundum philosophum in vita politica sit prudentia et in vita contemplativa sit perfecta virtus sapientia sive methafisica cum ipsum quicumque sit aliquis bene regulare secundum prudentiam politicam est felix qui vero sit speculativus secundum methaphisicam est felix contemplative. De hiis duabus felicitatibus mentionem facit de quarum una determinat in 1o Ethicorum ut de felicitate politica. De alia vero scilicet de contemplativa determinat in decimo. Utrum autem sit una possibilis philosopho aut non non est presentis speculationis. Tamen ut appareat quid debeat regia maiestas ponere suam felicitatem in actu prudentie. Sciendum quod debet rex maxime suam felicitatem ponere in ipso deo quod triplici via venari possumus. Rex enim est homo et est dei minister et est rector multitudinis. In quantum autem est homo participat intellectu et ratione. Cum igitur bonum generaliter non sit bonum alicui particulare quia hoc est bonum sensibile simpliciter

sed bonum rationis sit bonum universale et intelligibile debet regia maiestas in ipso quod est homo et rationem participat ponere suam felicitatem in bono maxime universali et maxime intelligibili. Hoc autem est ipse deus qui est bonum maxime universale quod est bonum omnis boni. In eo enim omnis bonitas reperitur et est etiam bonum maxime intelligibile et maxime a materia separatum. Secundo principem suam felicitatem debet ponere in ipso deo non solum quia homo sed etiam quia spirituali unde est dei minister. Nam illud quod habet aliquid participative ratione imperfecte est organum et instrumentum eius quod habet illud essentialiter et perfecte. Quia igitur omnem regnativam et potentiam regendi habet principaliter et perfecte solus deus, oportet quod quicumque principatur sive regnat sit divinum organum sive sit minister dei. Quilibet minister suam mercedem et suum premium debet ponere in suo domino et debet eam expectare ab ipso. Debet regem qui est dei minister suam felicitatem ponere in ipso deo et suum premium expectare ab ipso. Tertio hoc debet regem quod est multitudinis rector. Nam regens multitudinem debet intendere commune bonum. In eo ergo debet suam felicitatem ponere quod est maxime universale et commune bonum. Huiusmodi autem est ut dicebatur ipse deus. Rex igitur tum quia est dei minister tum quia habet intellectum et tum quia intendit bonum commune debet suam felicitatem ponere in deo tamquam in fine qui est bonum maxime intelligibile

et maxime vult et que. Si igitur
Rex debet suam felicitatem ponere
in deo oportet ipsum huiusmodi fe-
licitatem ponere in actu huius virtutis
per quam maxime deo coniungitur
huiusmodi autem actus est dilectionis
sive caritatis. Nam amor et di-
lectio maxime vim unitivam
et coniunctivam habent. Unde
Dionisius iiii de di nominibus
ait. Sed amorem sive naturalem
sive animalem sive humanum
sive angelicum sive divinum
unitivam quandam dicimus esse
virtutem. In amore igitur divi-
no est ponenda felicitas. sed cum
probatio dilectionis sit exhibitio
operis. et ex hoc probetur aliquis
esse dilectivus alterius si agat
que ipse vult. Si princeps est
felix diligendo deum debet se cre-
dere esse felicem operando que deus
vult. maxime autem deus vo-
vit a regibus et principibus
ut per prudentiam et legem populum
sibi commissum iuste et sancte
regant. Regibus ergo et principi-
bus ponenda est felicitas in actu
prudentie non simpliciter
sed ut est imperata a caritate
propter quod in ipso actu caritatis
et per quem et immediatius coniungi-
mur ipsi deo magis est pone-
nda felicitas. quam in actu pru-
dentie. licet in huiusmodi actu
modo quo dictum est aliqualiter
felicitas sit ponenda

Magnum autem esse premium xiii
regis et magnam eius esse
felicitatem si per prudentiam
et legem populum sibi commissum
recte regat ex quo venari
possumus. Nam meritum regis
ut ad plus spectat ad quam com-
parari videtur sed ad deum a quo
redditur ad regem tamen attribui-
ad actum ex quo consurgit
ad virtutem ex qua efficitur
et ad materiam circa quam versatur.
Deus enim est remunerator
omnium bonorum et quia non remu-
nerat nisi ex amore cum semper
amor sit ad similes et confor-
mes. oportet esse similem et
conformem deo qui a deo re-
munerari desiderat. Quanto
igitur quis magis gerit ima-
ginem eius et plus se confor-
mat ei. maius meritum ab ipso
suscipiet. Principis autem status
requirit ut ipse sit deo confor-
mior quam eius subditi
immo eo ipso quod rex studet per
legem et prudentiam suum regimen
regere quo deus totum universum
regit et gubernat. Rex maxime
conformatur ei ergo respectu
dei a quo premium expectatur
magnum est meritum regis si re-
gnum suum recte regat quia ex hoc
ipsi deo maxime conformatur.
Secundo magnum est premium
regis si referatur ad ipsum regem
cum huiusmodi premium est reddendum
Nam omnis actus ex ipsa diffi-
cultate operis quandam boni-
tatem assumit. potestas non trans-
gredi si non transgrediantur

laudabiliores sunt multi n
non existentes in statu in quo
possent mala facere preservant
se a malo quod si tamen ad sta
tus dignitatis assumentur mul
tas transgressiones efficerent
ijº h. q. v. Etic. scribitur. Qz
principatus virum ostendit tunc
enim apparet qualis homo sit
cum in principatu existens in quo pot
bene et male facere cogitat qualiter
se habeat. Si igitur meritis
regia operatur ad ipsum regem
cum reddenda est quandam
magnitudinem habere virtutem. Reges
enim vacantes communi bono si non
sufficienter tamen possunt trans
gredi maiores multi esse videntur
Dicimus autem vacantes communi
bono quia si bono communi non
vacarent non oporteret eos
esse maiores multi ex hoc quod trans
gredi possunt. Quia si non con
siderato communi bono quis periculo
se exponat dato quod non trans
grediatur quia indiscrete agit
agit secundum multos non augmen
tat. Tertio magnum est meritum
principium considerando actum
per quem tale meritum habet
esse. Nam ex hoc actus est vi
tiosus in quantum est contra naturam
et contra ordinem rationis.
Ex hoc autem est bonus et virtuosus
in quantum est secundum naturam
et ordinem rationis. Quanto
actus magis est secundum naturam
et ordinem rationis, tanto
magis bonus est et magis
meritorius. Vale autem
secundum naturam esse videtur
quod pars exponat se pro toto.

videmus enim quod quia pro salute
capitis periclitatur et corpus
totum brachium quia est pars
toti^{us} exponit se statim totaliter
pro capite ne totum corpus pereat
Reges igitur si bene regant ci
vitatem sibi commissam ex operibus
eorum consequantur mercedem
magnam quia pro bono communi
et pro bono totali totaliter se expo
nant. Quarto magna est
merces regum ratione virtutis
per quam quis meretur. Singu
laris enim maior virtus requiritur
ad regendum se ipsum quam ad rege
ndum familiam et ad regendam
familiam quam ad regendum civitatem
et regnum. Magna igitur debet
esse virtus regis ad quem spectat
regere non solum se et suam fami
liam sed et totum regnum. Cum
igitur magne virtuti debeatur
magna merces maximum
erit meritum regum bene regen
tium regnum suum. Quinto ma
gnum erit premium regum regnum
si considerentur materia circa quam
operantur. Laudatur enim
quis si diligit dignitatem personam
aliquam singularem. Cum igitur
bonum gentis sit divinius quam
aliquod bonum singulare, propter
materiam circa quam operantur
reges quia gentes et multitudo
indicat eius premium esse
maximum

Quo diuiduntur potencie anime et in quibus potentijs habent esse virtutes

Quod distinguuntur virtutes que sunt in intellectu et apetitu

Quot sunt virtutes morales et quo earum numerus est sumendus

Quod bonarum dispositionum quedam sunt virtutes quedam sunt supra virtutem quedam ancillantes sunt virtutibus et preparantes ad virtutem

Quod virtutum quedam sunt principales et cardinales quedam non

Quod difficultate notificari potest quid est prudentia

Quod decet reges et principes esse prudentes

Quot et que oportet habere regem si debeat esse prudens

Quo reges et principes debent possint seipsos prudentes facere

Quot sunt modi iusticie et circa que iusticia habet esse et quo ab aliis virtutibus differat

Quod absque iusticia nequeunt regna subsistere

Quod maxime decet Reges esse iustos et in suo regno iusticiam obseruare

Quid est fortitudo et circa que habet esse et quo possumus facere nosmetipsos fortes

Quot sunt species fortitudinis et secundum quam fortitudinem decet reges et principes esse fortes

Quid est temperancia et circa que habet esse et que sunt species eius et quo nos ipsos possumus facere temperatos

Quod ex probabilibus esse est intemperatum quam timidum et quod maxime decet reges et principes temperatos esse

Quid est liberalitas et circa que habet esse et quo modo nos possumus facere liberales

Quod reges et principes quam turpe est esse prodigos et quod maxime detestabile est eos esse auaros et quod potissime decet eos esse liberales

Quid est magnificencia et circa que habet esse et quo possumus nos ipsos magnificos facere

Quod maxime detestabile est reges et principes paruificos et quod decet esse magnificos

Que sunt proprietates magnifici et quod proprietates illas reges et principes habere debent

Quid est magnanimitas et circa que habet esse et quo possumus nos magnanimos facere

Que sunt proprietates magnanimi et quod decet et quod decet reges et principes magnanimos esse

Quod decet reges et principes esse amatores honorum et qualis est virtus illa que dicitur honoris amatiua

Quod humilitas dici potest honoris amatiua et quod omnis magnanimus est humilis

Quid est humilitas et que habet esse et quod debeat reges et principes esse humiles

Quid est mansuetudo et circa que habet esse et quod debeat reges et principes esse mansuetos

Quid est amicabilitas et circa que habet esse et quod debeat reges et principes esse amicabiles

Quid est veritas et circa que habet esse et quod debeat reges et principes esse veraces

Quid est iocunditas et circa que habet esse et quod debeat reges et principes esse iocundos

Et maxime debeat reges et principes omnes virtutes habere quia si una careant nullam habeant

Et quot sunt gradus bonorum et malorum sunt et in quo gradu reges et principes esse debeat

Quot sunt gradus virtutum et quas virtutes debeat habere reges et principes

Quo modo bonarum dispositionum quedam sunt virtutes quedam annexe virtutibus quedam disponentes ad virtutem

Post quam capituli ante dicte complevimus primam partem huius libri primi In quo agitur de regimine sui ostendentes in quo reges et principes suam felicitatem ponere debeant quia non debeat eos suum finem ponere in divitiis nec in civili potentia nec in aliquibus talibus sed omnibus ut supra plenius probatum debent uti tanquam organis ad felicitatem suam. Suam autem felicitatem ponere debent in actu prudentie prout talis actus est temperatus a caritate Nam tunc reges habent felicitatem suo statu debitam et condignam quando instigante dei dilectione cum prudentia regimina gentem sibi commissam cum legem et rationem sancte et iuste regunt Principaliter igitur regum felicitas ponenda est in ipso deo et cognitione et dilectione eius et suum studium et suam vitam ad hoc ordinare debeant ut cognoscentes et diligentes deum faciant

veri ministri eius secundum ordinem rectis
dirigant populum sibi commissum +
huius igitur ita peractis et osten
so in quo reges debeant ponere
suum finem secundum ordinem superius
pertractatum Restat ponere quibus
virtutibus reges pollere debeant.
Virtutes autem sunt quedam ornatus et
quedam perfectiones anime Oportet igitur
prius ostendere quot sunt potencie
anime et in quibus potenciis
habent esse virtutes Consequenter
autem manifestabitur quomodo vir
tutes sunt distinguende propterea vo
ostendemus quot sunt vno singuli
virtutes et que illarum sunt prin
cipales et que secundarie De
inde declarabitur singulariter que
sit vna quaque illarum virtutum
et quomodo decet reges et principes
es tales virtutes habere Poten
cie autem anime sic distingui pos
sunt quod quedam sunt naturales
quedam cognitiue sensitiue quedam
apetitiue et quedam intellecti
ue Naturales potencie sunt ille
in quibus communicamus cum vegetabi
libus et plantis ut potencia
nutritiua augmentatiua ge
neratiua et talia que omnibus
plantis arboribus competunt Pote
cie cognitiue sensitiue sunt
visus gustus et tactus et ta
lia in quibus communicamus cum brutis

distinccio potenciarum

Apetitiue vero distinguuntur Nam
quidam apetitus est in homine
in quo non communicat cum brutis
ut apetitus sequens intellectum
quidam vero in quo communicat cum eis
ut apetitus sequens sensum Ape
titus autem sequens sensum potest nomina
ri sensualitas. sequens intelle
ctum nominatur voluntas secundum
quemdam modum loquendi. bruta ha
bent sensualitatem et apeti
tum sensitiuum sed non habent vo
luntatem id est apetitum intellectiuum Vir
tutes ergo de quibus loqui inten
dimus que sunt quidam habitus
laudabiles vel erunt in poten
ciis naturalibus vel in ipsis sensibi
libus vel in apetitu sensitiuo vel
vel in apetitu intellectiuo vel
in ipso intellectu vel in hiis
omnibus vel in aliquibus horum
In potenciis autem naturalibus esse
non possunt quod ex patet Primo
quod ex naturalibus nec vituperamur
nec laudamur Non enim dicitur bonus
homo ex eo quod habeat bonam dige
stionem vel augmentacionem bonam. Secundo
in talibus non habent esse huiusmodi
virtutes quod virtus est aliquid secundum
racionem ut potest haberi secundo ethicorum
potencie autem naturales secundum quod
huiusmodi sunt racioni non obediunt
Nam si quis vacaret siue ve
lit siue nolit huius non propter hoc
per se loquendo potencie natura

les variant in actibus singulis
semper secundum modum sibi possibile fu
as actiones efficiunt Tercio quia
in talibus potenciis non sunt
habitus et virtutes quia habitus
sunt ad determinandum potencias
ut bene vel male agant vel
per habitus viciosos determinatur
potencia ad agendum male per
virtuosos ad agendum bene cum
igitur natura sit determinata ad
unum et potencie naturales suffici
ent determinantur ad agendum nam
ex natura sua secundum eas nec
sunt viciosi nec virtuosi ut
hic de vicio et virtute loquimur
qualiter in eis huiusmodi virtutes
esse non possunt ¶ hiis igitur
tribus racionibus per quas pro
batum est virtutes non esse in
potenciis naturalibus probari potest
eas non esse in cognicionis sensitiva
sive in potenciis sensitivis Racio
sicut non laudamur nec vitu
peramur ex potenciis naturalibus
sic non laudamur nec vitupera
mur ex sensibus Racio sic nullus
laudatur tanquam bonus homo ex eo
quod bene digerat et bene crescat
sic non laudatur ex eo quod acute
videt vel subtiliter audit nisi
forte hoc esset per accidens vel
si quis ex superflua comestione
vel ex nimia potacione incur
rerit optalmiam oculorum ne
bene videt vel debilitatem
stomachi ne bene digeret
increparetur ille non quia ma
le digerat vel quia non clare vi
det quia bene digerere ipse loquendo
non potest in potestate hominis sed
increparetur ex nimia potu
vel ex superfluo cibo non erat in
potestate sua ut possit uti potu et
cibo moderate ¶ Secundo in sensibus
non est ponenda virtus moralis
quia sicut potencie naturales non obediunt
racioni quia secundum racionem homines nul
lus magis et minus digerunt sic
nec sensus obediunt racioni Non enim est
in potestate hominis videre clarius vel
minus clare Quare si virtus moralis
est aliquid secundum racionem huiusmodi
virtus in sensibus poni non debet
Tercio in talibus non est moralis virtus
quia sicut potencie naturales sufficienter
determinantur ad actus suas per
suam naturam sic et sensus Racio sic
ignis tantum calefacit quantum
potest calefacere propter quod quia deter
minatur in actione sua nec
laudatur nec vituperatur nec est in
eo virtus moralis sic quia potencia
digestiva tantum digerit quan
tum potest digerere et oculus tantum videt
quantum potest videre in eis virtus
moralis esse non potest Racio per
virtutem moralem determinatur
potencia ad agendum hic autem
sufficienter determinatur ad actus

ppat per naturam. Non igitur indiget virtute morali. Si igitur nec in potenciis naturalibus nec in sensibus est virtus moralis cum per potencias naturales et sensitivas non sit nisi intellectus et apetitus intellectivus et sensitivus oportet in talibus esse virtutes morales.



Ostenso quod nec in potenciis naturalibus nec in sensitivis habent esse virtutes restat ostendere quo distinguntur virtutes et quo in intellectu et apetitu existunt. Distinguendum est ergo de virtutibus et de hiis potenciis nam virtutum quedam sunt intellectuales quedam morales quedam medie inter intellectuales et morales. Virtutes intellectuales dicuntur ille que sunt in intellectu speculativo cuiusmodi sunt scientie speculative ut naturalis philosophia geometria metaphysica et cetera talia. Virtutes vero simpliciter morales que sunt ille que sunt in apetitu sive apetitus ille sit sensitivus sive intellectivus. Huiusmodi autem sunt iusticia temperancia fortitudo mansuetudo et cetera talia de quibus sumus singulariter tractaturi. Virtutes autem medie inter intellectuales et morales sunt virtutes contracte in intellectu practico ut prudencia et alie virtutes sibi annexe. Prudencia autem secundum doctorem super librum ethicorum media est inter virtutes morales et intellectuales computari tamen potest cum virtutibus moralibus. Nam prudencia non inest nisi hominibus bonis sicut nec virtutes morales reperiuntur in aliquo. Et si possent esse scientes astuti et versipelles prudentes tamen esse non possunt ut suo loco patebit. Unde est ergo quod dicit philosophus 6 ethicorum quod impossibile est prudentem esse non entem bonum. Omissis igitur intellectualibus et dimissis scientiis speculativis de prudencia et de virtutibus moralibus est tractandum. Suscepimus enim ut plures diximus huius operis non ut sciamus sed ut boni fiamus. Cum bonitas sine prudencia et sine virtutibus moralibus nobis inesse non possit. Has autem virtutes in intellectu et apetitu sic esse contingit. Dictum est enim virtutem esse aliquid secundum rationem. Oportet ergo esse rationabilem potenciam in qua ponitur esse virtus. Rationabile autem duplex est secundum philosophum per essenciam et per participacionem. Intellectus autem est rationabilis per essenciam. Apetitus vero per

participacionem Unde appetitus licet non sit ipse intellectus nec ipsa voluntas essencialiter dicatur tamen participare racione quia est aptus natus racioni obedire Potencie autem naturales et sensus non sunt racionabiles per essentiam quia nec ipsa racione sunt nec racione participant quia per se et eciam complexionem non obediunt racioni Igitur in sensibus et potenciis naturalibus ut dicebatur non sunt esse virtutes sed solum esse habent in intellectu et appetitu Cum in nobis autem duplex est appetitus intellectivus et sensitivus Unde sicut appetitus naturalis sequitur formam naturalem adeptam sic appetitus cognitivus sequitur formam per cognicionem apprehensam Sicut enim in grammatica exemplum quod habent formam grammaticus sequuntur ea que sunt ad naturalis inclinacio et quidam appetitus naturalis ut naturaliter desiderat esse deorsum sic habencia cognicionem prout habent in se ipsis formam apprehensam sequitur quedam inclinacio et quidam appetitus secundum formam illam propter quod sicut est in nobis duplex cognicio sensitiva et intellectiva sic est in nobis duplex appetitus videlicet sensitivus qui sequitur formam apprehensam per sensum et intellectivus qui sequitur formam apprehensam per intellectum Appetitus autem sensitivus duplex est Nam cum alia sint sine anima ita si natura elementis et rebus inanimatis dedit duplicem potenciam unam per quam tendunt in propriam quietem et aliam per quam resistunt et agunt in prohibencia et contraria multo magis hanc duplicem potenciam natura dedit ipsis animalibus que sunt perfectiora illis Videmus enim quod ignis est naturaliter calidus et levis per levitatem enim tendit ad locum proprium et in quietem sibi convenientem per caliditatem vero agit in contraria Sic ergo ignis per quietudinem contraria agencia impediretur Sic per levitatem in proprio loco quiesceret dedit ei natura potenciam calefactivam ut per eam resisteret et ageret in contraria corruptiva Si igitur igni et rebus inanimatis natura dedit duplicem potenciam unam per quam adipiscitur propriam quietem et aliam per quam agunt in prohibencia et contraria multo magis hoc dedit animalibus Tribuunt ergo eis duplicem appetitum sensitivum unum per quem prosequuntur propriam quietem et propria delectacionem ut concupiscibilem et aliud per quem resistunt et aggrediuntur prohibitiva et contraria ut irascibilem ita quod concupiscibilis se habet ut levitas nec contrarietas in levibus et gravibus

Irascibilis uero se habet sicut cali-
ditas et frigiditas in eis. Nam
sicut ignis per igneitatem recedit
a loco sursum tamquam non conueni-
ente et tendit in locum deor-
sum tamquam ad locum conuenien-
tem et conforme. Per frigiditatem
uero resistit contrariis ne corrumpa-
tur a propria natura et deseruat
propria loca et propriam quietem.
Sic aliqua per concupiscibilem
fugiunt mala tristia et pro-
sequuntur bona delectabilia,
per irascibilem uero aggrediuntur
contraria que possunt esse ab hiis
delectationibus prohibere. ut leo
per concupiscibilem prosequitur (?) ut pro-
sequatur cibum tamquam aliquid
delectabile, per irascibilem
uero aggreditur aliquam uiolenciam
ipsum prohibere in cibo adepto. Et
quod bene dictum est quod concupi-
scibilis respicit bonum et malum
secundum se, irascibilis respicit in
quantum habent rationem difficilis et
ardui. Nam cum bonum secundum se di-
cat quid prosequendum, malum uero
quid fugiendum, concupiscibi-
lis que secundum se tendit in quie-
tem et in bona delectabilia
et fugit mala tristia pro
obiecto habet bona et mala simplicia
secundum se considerata. Irascibilis
uero secundum quod aggreditur et resi-
stit impedimentis prohibentibus et nociuis
et tendit in bona et mala
simplicia non secundum se considerata
sed ut habent rationem ardui et
difficilis. Nam arduitas et dif-
ficultas potissime sunt repu-
gnancia et prohibencia ne pos-
semus prosequi bonum et uita-
re malum. Imperfecte ergo egisset
natura si dedisset animalibus
concupiscibilem per quam uita-
rent mala et prosequerentur
bona nisi dedisset eis irascibilem
per quam aggrederentur impe-
dimenta delectacionum illarum. Ut
igitur aliqua per omnem modum ipsum conue-
nientem plene possint delecta-
ri per concupiscibilem data est
eis irascibilis per quam resistunt
et aggrediantur impedimenta
delectacionum illarum. Duplex est igitur
appetitus sensitiuus irascibilis et
concupiscibilis. Appetitus autem
intellectiuus qui dicitur uoluntas re-
manet indiuisus. Nam cum in-
tellectus uniuersaliori modo respiciat su-
um obiectum quam sensus, appetitus in-
tellectiuus qui sequitur intellectum uniuersali-
ori modo fertur in bonum quam a-
petitus sensitiuus. Et quia quanto
aliquid sub uniuersaliori modo accipitur
tanto unitur et eius extensio (?) ad plura
se extendit. Hic appetitus sensitiuus
sit alius et alius secundum quem

ea

prosequuntur delectabilia et in concupiscibili
et aggrediuntur terribilia appetitus
in intellectivus unus et idem qui
stens secundum in se bonum intelle
ctus non ergo est alius appetitus intellectivus
in quo prosequitur bona dele
ctabilia per intellectum et aggre
ditur bona ardua sic est aliquis
appetitus sensitivus in quo prosequitur
bona delectabilia sensibilia et
aggreditur terribilia Quare
si omnis moralis virtus vel est in
intellectu vel in appetitu Et ape
titus alius est intellectus vel volun
tas alius sensitivus et hic duplex
irascibilis scilicet et concupiscibilis
oportet omnem virtutem moralem vel
esse in intellectu vel in volun
tate vel in irascibili vel in con
cupiscibili accipiendo virtutem
moralem large prout ipsa pru
dentia dicitur quedam virtus moralis
dicere possumus quod cum habeat cor
porales vires in quibus habet esse
virtus simpliciter sunt quatuor virtutes
cardinales scilicet prudentia iusti
tia fortitudo et temperancia
Nam prudencia est in intellectu
Iusticia in voluntate fortitudo
in irascibili temperancia in
concupiscibili

Philozophus vero
finem iii ethicorum
post prudentiam et
iusticiam enumerat de
cem virtutes morales videlicet forti
tudinem temperanciam honoris
amativam magnanimitatem largi
tatem magnificenciam mansuetu
dinem veritatem Affabilitatem et
Eutropoliam quam benevolentiam
tatem vel societatem apellare
possumus igitur computata iu
sticia et prudencia duodecim
sunt virtutes morales de quibus
omnibus quid sint Et quid decet
eas reges habere Et quare per
tes sunt vel virtutes annexe
singulariter est dicendum Nunc
primo autem cardinales sit per accipi
endo cum subiectum virtutis sit vel in
tellectus vel voluntas vel ape
titus sensitivus omnis virtus moralis
vel est in intellectu ut prude
ntia vel in voluntate ut iusti
tia vel in appetitu sensitivo ut re
liqua decem virtutes morales quas e
numerat quas tangit philosophus
circa iii ethicorum possibile autem di
cta accipi sic hee virtutes Nam
virtutes sunt medie quod et nos
habent fieri non circa ea que sunt
in potestate nostra in quibus decet
nos ponere medietatem vel equa
litatem sive rectitudinem Hec autem
tria sunt videlicet actiones pas
siones et operationes exteriores Per

Virtutes enim debemus habere ra
tiones rectas moderatas pas
siones et operationes exteriores equa
tas et mensuratas / Cum igitur
quod habemus rationes rectas sentimus
Prudentia / prout vero habemus
exteriores operationes et mensuratas
et equatas habet esse iustitia
Sed prout sunt in nobis passiones
moderate attribuuntur ille de
cem virtutes morales de quibus
in primo huius tali fecimus men
tionem Iustitia igitur que
est in voluntate sic differt
ab illis decem virtutibus que
sunt in apetitu sensitivo utrarum
enim moderant et equant opera
tiones exteriores et passiones existentes
in apetitu aliud tamen et aliud ratione
ille decem virtutes per se et primo
moderant et rectificant passiones
Sed autem rectificant operationes exte
riores hoc est ex consequenti magni
tudo moderatis passionibus mo
derate ferimur in operationes exte
riores Iustitia autem ecco per prius
equat et moderat ipsas res vel
ipsas operationes exteriores fiunt enim
quod cuique tribuatur quod decet
vel quod ei debetur vel quod suum
est Sed autem moderat et recti
ficat passiones et motus existentes
in apetitu hoc est ex consequen
ti magnitudo moderatis et equatis
rebus et operationibus exterioribus
passiones in nobis rectificantur
et moderantur Tertio autem
hec eadem divisio sic sumi potest
ratione omnis virtutis moralis tendit
in bonum rationis / tendere autem in
bonum rationis potest esse tripliciter
vel quia huiusmodi bonum perficit vel
quia ipsum efficit vel quia ipsum cu
stodit et conservat Pruden
tia autem intendit in bonum
rationis quia ipsam rationem perficit
est enim prudentia in ipso intel
lectu tamquam perfecto in ipso per
fectibili Iustitia vero tendit in
bonum rationis quia huiusmodi bonum
efficit ratione iustitia in operationibus
bus exterioribus et in ipsis rebus
efficit id bonum et illam equali
tatem quam ratio dictat alie autem
virtutes morales ut communiter po
nuntur tendunt in bonum rationis quia
illud custodiunt et conservant Nam
huiusmodi virtutes moderantes pas
siones agunt ne per eas homo abduca
tur et recedat a bono rationis
per quod huiusmodi bonum dicitur
custodire et conservare Dicamus
igitur quod virtus moralis vel recti
ficat rationem et est in ratione et
est rationis perfectiva / et est pru
dentia vel est in voluntate et
adequat operationes exteriores et est
bone rationis effectiva et sic
est iustitia vel est in apetitu
sensitivo et moderat passiones et
est boni cum rationis custoditiva et

consummativa et sumuntur ille decem virtutes morales supra enumerate. Contrarium in merus et sufficiencia sic potest accipi dictum est enim virtutes illas esse circa passiones quas per se habent moderare et equare sunt igitur ex aliis et aliis obiectis surgunt alie et alie passiones accipi poterunt alie et alie virtutes sunt in illis passionibus secundum ordinem rationis et aliud medium reperitur ut ergo liceat tripposito et suppositum predicta dicamus quod passiones vel surgunt ex bono vel ex malo. Si ex malo vel ex futuro malo vel ex presenti. Si ex ~~presenti~~ futuro sic sunt in nobis passiones timor et audacia timor ut ab eo refugiamus audacia ut illud agrediamur. Inter has autem duas passiones sumitur una virtus media scilicet fortitudo. Erit ergo fortitudo que est medietas timoris et audacie in irascibili quia timor et audacia in irascibili habent esse. Si vero huiusmodi passiones oriuntur ex malo presenti quod est nobis iam illatum vel iniuriamus ad puniendum et tunc est ira que est propensio vel propter malum illatum appetit penam in vindictam. Si autem ab hac punitione vel vindicta deficit

sic est mititas. Medium autem horum est virtus que dicitur mansuetudo. Mansuetudo in nomine pre nominat virtutem mediam inter mititatem et iram. Immo magis nominat ipsam passionem que est mititas. Arguitur ut dicitur in quarto ethicorum quia non habemus proprium nomen re virtutis nominatur nomine passionis deficientis et dicitur mansuetudo. Erit autem mansuetudo in irascibili quia in ea sunt mititas et ira circa quas virtus huiusmodi videtur consistere. Due igitur virtutes existentes in irascibili sumuntur circa passiones que oriuntur ex malo ut fortitudo est circa passiones ortas ex malo futuro, mansuetudo autem circa ortas ex malo presenti. Si autem sumantur virtutes circa passiones que oriuntur ex bono tunc distinguendum est de bono quia quoddam est bonum hominis in se quoddam est vero bonum eius ut habet ordinem ad alios. Bonum hominis in se triplex est quia quoddam est delectabile ut cibi et potus, quoddam est bonum utile ut pecunia, quoddam honestum ut honor. Honestum enim ab ipso honore sumit originem. Est enim honestum quasi honoris status. Circa passiones ortas ex bono delectabili non sumitur nisi una virtus ut temperantia que est in concupiscibili

circa passiones ortas ex bono utili
sumuntur due virtutes Nam hoc
bonum vel est mediocre et come
cet est liberalitas que est circa
mediocres sumptus vel est
illud bonum arduum et est
magnificencia que est circa ma
iores sumptus Est enim mag
nificentia quasi magna faciens
Est liberalitas in concupisci
bili Magnificencia vero in ire
arduitatis est in irascibili Sive
illud bonum sit honestum sive ho
noris tunc honor ille vel est me
diocris et tunc est quedam virtus
comuni nomine dicta quasi honoris a
matiua sive honoris amor Si
autem honor ille sit magnus
sic est magnanimitas que circa
magnos honores est Est autem
honoris amatiua in concupisci
bili magnanimitas vero in irascibili
Ex quo patet quod bona delectabilia
non sit proprie habent racionem ardui
sicut utilia et honesta licet
tamen ex bonis utilibus et ex ho
nestis sumantur due virtutes
quarum una est in concupiscibili
alia in irascibili Ex bonis tamen
delectabilibus non sumitur nisi
una virtus que est in concupisci
bili scilicet temperancia Si vero
humani virtutes sumantur circa
passiones que oriuntur ex bonis
ut communicamus cum aliis sic
ut dicitur quarto ethicorum

sumuntur tres virtutes Nam aut
communicamus aliis in verbis et ope
ribus opera aut et verba ut com
municamus cum aliis deserviunt nobis
ad veritatem vitam et ludum
Erit ergo triplex virtus scilicet veritas af
fabilitas et eutrapelia / que
quasi dicta bona versio Est aut vi
tas ut hic de ea loquimur et ut
est virtus non speculativa sed su
mitur hic veritas prout aliquis
non est ypocrita nec iactator sed
est aptus et verbis et factis o
stendit se talem qualis est
Affabilitas vero est quod quis bene
se habet circa conversacionem vite ut quod
non est adulator nec est discolus
sed affabilis et curialis Eu
trapelia vero sive bona ver
sio est quod aliquis bene sit se ha
bere in ludis ut non sit histrio
quod de omnibus velit ludere nec sit
agrestis quod de nullo velit ludere
scilicet ut eutrapelus et bene se vertens
ut se habeat circa ludos prout ex
pedit Omnes aut hee tres vir
tutes quod non sunt circa aliquod
arduum sunt in concupiscibili
Patet ergo quod cum quatuor potencie
anime sint susceptibiles virtu
tum de quibus loquimur duode
cim sunt humani virtutes quod una
est in intellectu et una in volun
tate quatuor in irascibili et sex
in concupiscibili In intellectu
est prudentia In voluntate

Iusticia, in irascibili est forti
tudo mansuetudo magnanimi
tas et magnificencia que sic
accipiuntur quia fortitudo et man
suetudo sunt circa passiones ortas
ex malis presentibus Magnifice
ncia vero et magnanimitas sunt
circa bona ardua aliter et aliter
quia magnificencia est circa ma
gna bona utilia ut circa ma
gnos sumptus Magnanimi
tas vero circa magna bona ho
nesta ut circa magnos honores
In concupiscibili autem sunt sex v
tutes videlicet temperancia libe
ralitas honoris amatiua ve
ritas affabilitas et eutrapelo
gia que sic accipiuntur quia
tres harum ut temperancia
liberalitas et honoris amatiua
sumuntur secundum bona hominis
in se Alie vero tres secundum bo
na hominis in ordine ad aliud Sunt
ergo utraque bona sunt tres v
tutes nam bona hominis in se ta
lia sunt nam quedam sunt delectabilia circa
que est liberalitas quedam honesta
circa que est honoris amatiua
quedam utilia circa que est tempe
rancia Sic et bona in ordine
ad aliud explicantur possunt considerari
uel ut deseruiunt nobis ad ma
nifestacionem hec est veritas uel ad vitam
sic est affabilitas uel ad ludum
hec est eutrapelia Ostensum
est ergo quot sunt singule virtutes
et quomodo distinguuntur



Distinximus in
precedenti ca
pitulo duodecim v
tutes quarum
una est in intellectu ut pru
dencia una in voluntate ut
iusticia quatuor in irascibili ut
fortitudo mansuetudo ma
gnanimitas et magnificencia
et sex in concupiscibili ut tem
perancia et alias quas supra
enumerauimus Ne ergo ali
quis credat non esse aliquas ali
as bonas disposiciones preter virtutes
enumeratas decreuimus ostendere quod
loquendo de bonis disposicionibus de
quibus loquuti sunt philosophi quia
de aliis ad presens non intendimus
in tractatu constitue quedam sunt vir
tutes quedam ancillantes virtuti
bus quedam preambule ad virtutem quedam su
pra virtutes Large enim accipi
endo virtutem omnes singule bo
ne disposiciones virtutes appellari pos
sunt Nichilominus tamen quedam bo
ne disposiciones ancillantur virtu
ti ut bene consiliari et bene iudi

tare de consiliatiis ancillantur
prudencie. Cum igitur est bene di-
spositus ad hoc aptus est ut sit
prudens. Quedam vero bone dispo-
siciones non sunt completa virtus sed
sunt disposiciones ad virtutem ut per-
severancia et continencia que
ut de eis loquitur philosophus non
sunt completa virtus sed disposicio
ad virtutem. Nam ille perseverans
dicitur qui non cadit eciam si tempte-
tur. Hoc autem eciam et non virtuosi ha-
bent aliquid qui non passionati
non ruunt. Continens autem dicitur
qui passionatur et habet passiones
fortes tamen continet se et non credit
passioni sed racioni. Non igitur continens
est complete virtuosus quia habet pas-
siones fortes licet bene agat non
tamen est ei delectabile bonum agere. Conti-
nencia ergo et perseverancia sic
accepta quamvis sit bona quedam
disposicio non tamen est virtus sed disposi-
cio ad virtutem. Sunt eciam quedam bone
disposiciones que sunt supra virtutem
cuiusmodi est virtus divina sive vir-
tus heroica et supermista de qua
determinatur 7o ethicorum. Nam
sicut aliqui homines sunt quasi bestie
et sunt mali ultra modum ho-
minum sic aliqui sunt quasi divini
et sunt boni supra bonum huma-
num. Et quod tales super virtuosi di-
ci possunt. Huiusmodi autem virtute
divina que est quodammodo super
virtutes maxime habere debent
reges et principes qui ut dictum
est semidii esse debent. Restat
quedam bone disposiciones sunt ipse
virtutes cuiusmodi sunt iusticia pru-
dencia et alie de quibus in pre-
cedenti capitulo fecimus mencionem.
De omnibus ergo hiis quatuor suo
loco dicemus. Determinabimus
enim de virtutibus ostendentes quod
reges et principes decet ha-
bere virtutes. Determinabimus etiam
de aminiculantibus virtuti et
de disposicionibus ad virtutem et
de hiis que fiant supra virtu-
tem ostendentes quod reges et
principes oportet talibus esse orna-
tos. Sed primo de ipsis virtutibus
est dicendum.

Enumeravimus
supra duode-
cim virtutes
sed non omnes
ille xii sunt equaliter perfecte
nec sunt eque principales. Consue-
vit enim apud sanctos et eciam a-
pud philosophos distingui inter virtutes
quia quedam sunt cardinales et
principales quedam vero anne-
xe. Cardinales autem sunt iiiior videlicet
iusticia prudencia fortitudo tem-
perancia. Annexe autem et non
principales sunt viii alie de quibus
supra fecimus mencionem. Has

Aut quatuor virtutes esse car
dinales et principales tripliciter in
venari possumus Prima via sumitur
ex parte rei circa quam versantur Secunda
ex parte subiecti in quo existunt Tercia
ex parte condicionum que ad virtu
tes requiruntur Prima via sic patet
Nam omnis virtus vel est circa raciones
vel circa passiones aut circa operaciones
Quia enim contingat racionari re
cte et non recte oportet dare virtutem
aliquam que sit recta racio per quam
de ipsis agibilibus rectas raciones
faciamus Rursum quia contingat
operari recte et non recte sic est
dare virtutem per quam dirigimur in
operando ipsa agibilia Amplius
quia contingit nos passionari re
cte et non recte oportet dare virtu
tes aliquas per quas modificentur
in ipsis passionibus Quia ergo pas
siones quedam impellant nos
ad malum ut passiones concupi
scibiles que communiter sunt ad aggre
diendum illa quedam vero retrahunt nos
a bono ut passiones irascibiles
Circa passiones oportet dare virtutes
aliquas ne passiones nos impel
lant ad illud quod racio vetat et
oportet dare virtutem aliam ne passi
ones nos retrahant ab eo quod
racio dictat Omnis enim virtus vel
rectificat raciones vel equat operaciones
vel modificat passiones ne nos
impellant ad illud quod racio ve
tat vel modificat eas ne nos re
trahant ab eo quod racio dictat
Et quia prudencia principaliter rectifi
cat racionem Iusticia principaliter equat
operaciones temperancia principaliter
modificat passiones ne nos impel
lant ad id quod racio vetat For
titudo principaliter modificat eas ne
nos retrahant ab eo quod racio
dictat Propter ergo materiam circa quam v
santur huiusmodi virtutes dicuntur
hee quatuor principales et cardi
nales quia sunt circa materiam illam circa
quam principaliter versatur humana
vita Secunda via ad inve
stigandum has virtutes esse cardi
nales et principales sumi potest
ex parte subiecti in quo existunt
Dictum est enim supra virtutes
de quibus loquimur esse in qua
tuor potenciis anime ut in intel
in voluntate in irascibili in co
ncupiscibili Quia igitur in intel
practico principalior virtus sit pru
dencia In voluntate loquendo de
virtutibus acquisitis principalior sit
iusticia in irascibili vero principa
lior sit fortitudo et in concupi
scibili temperancia Ideo hee
quatuor virtutes scilicet prudencia iu
sticia temperancia fortitudo

principales et cardinales dici
tercia via sumitur ex parte condi
cionum que ad quamlibet virtutem requi
runtur. Nam ad omnes actus si vir
tuosus esse debet oportet quod fiat
prudens iuste fortis et tem
perate / ideo hee quatuor virtutes
principales et cardinales simpliciter
esse dicuntur. In aliis ergo virtutibus
moralibus potest esse aliqua prin
cipalitas sicut magnanimitas prin
cipaliter quandam habet super vir
tutes alias quia ut dicitur in quarto
ethicorum. Magnanimitas videtur
esse ornatus quidam omnium alia
rum virtutum / sic et magnifice
ncia principaliter quandam habet propter
magnitudinem sumptuum circa
quam versatur. Habent ergo alie
virtutes principalitatem quandam. Sed
hee quatuor simpliciter principales
et cardinales esse dicuntur
quod quid sit in prosequendo de eis
singulis plenius ostendetur. Si
ergo hee quatuor sint principales
et cardinales respectu aliarum
primo de hiis quatuor est dicendum.
Rursus quia prudencia est principa
lior omnibus aliis cum sit dire
ctiva omnium aliarum. Et iusticia
est principalior quam fortitudo et
temperancia cum iusticia sit
circa commutationes rerum et circa dis
tribuciones bonorum erga que
principaliter versatur vita nostra.
Et quia fortitudo est principalior
quam temperancia cum fortitudo
magis ordinetur ad bonum gen
tis et ad bonum commune quam ipsa
temperancia. Ideo erit hic
ordo quia primo dicemus quid
est prudencia et quod decet re
ges et principes esse pruden
tes. Secundo determinabimus de
ipsa iusticia ostendentes quod
decet reges et principes esse
iustos. Deinde determinabimus
de fortitudine et temperancia
declarantes quod decet reges et
principes esse fortes et tempe
ratos. Consequenter vero tractabimus
de magnanimitate et magni
ficencia et aliis virtutibus mani
festantes quod decet reges et
principes talibus virtutibus esse
perfectos.

Prudencia
cuius de qua
primo tracta
re intendimus
ad diversa comparari habet. et
prout ad diversa comparatur alia
et alia notificationes suscipit.
Multa enim ad prudenciam spectant

prudencia ad quos comparare
possumus vtz ad virtutes mora
les quarum est directiua ad
virtutes intellectuales respectu
quarum est preceptiua ad mate
riam circa quam versatur · ad sciam
et ad artem a quibus distinguitur
Est enim prudencia virtutum mo
ralium directiua Nam virtutes
morales de se inclinant in finem
sibi conuenientem ut temperan
cia inclinat in sobrietatem et
in detestacionem venereorum sed non
sufficit inclinari in finem de
bitum temperancie vel in finem
aliarum virtutum moralium nisi sci
amus quomodo possumus consequi
illum finem quod fit per pruden
ciam per virtutes ergo morales pre
stituuntur nobis debitos fines sed
per prudenciam dirigimur in fines
illos accipit ergo prudencia fi
nes a virtutibus moralibus et per
ea que sunt ad finem recte diri
git in fines illos Sic ergo pru
dencia ut comparatur ad virtutes
morales sic diffinitur prudencia est per
fectio intellectus sive quod est co
gitatiue mentis directiua in
finem virtutum moralium Secundo
potest comparari prudencia ad vir
tutes intellectuales respectu quarum

est preceptiua prout enim ad pre
sens spectat si circa agibilia
bene procedere debemus tria habere
debemus primo debemus inuestigare
vias inuenire · 2o de inuentis
debemus iudicare 3o debemus
precipere ut fiant opera secundum inuen
ta et iudicata ut si vellemus
secundum opera bellica castrum aliquod
capere primo inueniende essent vie
et excogitandi essent modi per
quos castrum illud capi posset
2o iudicandum esset de viis
inuentis utrum bone essent ad pro
positum consequendum 3o precipiendum
esset ut fierent opera secundum inuenta
et iudicata · in intellectu ergo nostro
debent esse tres virtutes Vna per
quam bene inueniamus vel ut bene
consilientur quam philosophus in 6o ethicorum
appellat Eubuliam i. bene
consiliatiuam Alia vero per quam
bene iudicemus de inuentis quam philosophus
appellat Synesim i. bene iudica
tiuam Tercia per quam precipiamus ut
fiant opera secundum inuenta et iu
dicata et hanc dicimus esse pru
denciam Prudencia igitur re
spectu inuentiue et iudicatiue
dicitur esse preceptiua quia quod ille
inueniunt et iudicant ista pre
cipit ut fiat Prudencia igitur

immediatius dirigit in opera
fienda eo quod precipiat illa fi
eri quam faciat virtus inventiva
et iudicativa. Cum ergo in moral
libus actus et opera iudican
tur esse potiora prudentia
que immediatius se habet ad ea
est potior virtute inventiva et
iudicativa. Prudentia igitur
respectu virtutis inventive et
iudicative que sunt virtutes
intellectuales sic diffiniri potest
quod est preceptiva iudicatorum
et inventorum. Cum in VI. Ethi
corum dicitur quod sicut eubulie est
invenire et synesis est iudi
care sic prudencie est precipere.
Tercio prudentia potest comparari
ad moralem scientiam qua utatur. Cum
enim prudentia sit scientia agibi
lium et agibilia sunt singula
ria oportet prudentiam esse scientiam
particularia applicando universales
regulas et singularia negoo
tia ut in VI. Ethicorum declarari
habetur. Comparata ergo pruden
tia ad moralem scientiam qua utatur
sic describi potest quod prudentia
est virtus secundum universales morales
particularia facta concernens
huiusmodi autem universales regule sunt
bone leges debite consuetudines

et alia per que regulari pos
sumus in agendis. Quarto
habet comparari ad reparationem scientiam
a qua distinguuntur. Nam scientia
proprie est de rebus necessariis ut
illud Boethii pro arismetri
ce. Scientia est eorum que im
mutabilem substantiam sortiuntur.
Prudentia autem est actuum
humanorum et rerum contingen
tium que sunt in potestate nostra
facere vel non facere illa. Propter quod
ut differt prudentia a scientia sic
describi potest quod est recta ratio con
tingentium consistentium in potestate
nostra. Quinto comparari potest
prudentia ad artem a qua
et distingui habet. Nam ars
est recta factibilium et non
presupponit voluntatis rectitudinem
prudentia vero recta agibilium
et presupponit rectitudinem appeti
tus propter quod scribitur VI. Ethicorum
quod artifex voluntarie peccans
est melior quam peccans involun
tarie. Prudens vero voluntarie
peccans est peior. In operibus
igitur deservientibus arti me
lius est peccare voluntarie quam
involuntarie. Sed in operibus deser
vientibus ad moralem scientiam que

Vocatur prudencia beniuolencia ... voluntarie ... prudencia igitur ... prudens ... et habeat voluntatem bonam et ... non est ars sed virtus ... igitur prudencia ... ad artem a qua distinguitur ... quod est recta ratio agibilium presupponens rectitudinem voluntatis ... de ipsa prudencia ... descripcionem ... dicendo quod prudencia est virtus ... moralium ... inventa et indicata ... particulari ... contingencia agibilia ... presupponens rectitudinem voluntatis

Viso quid est prudencia et ostenso quod prudencia recte dirigit in bono fine in quem inclinant virtutes morales restat ostendere quod decet reges et principes esse prudentes ... tria que maxime rex attendere debet primo enim spectat ad ipsum studere intendere ut sit rex secundum veritatem et non nomine tantum Secundo studere debet ne suus principatus in tirannidem convertatur Tercio ... studere debet ut naturalis dominetur Triplici ergo via investigare possumus quod decet regem esse prudentem Primo quod sine prudencia non est rex secundum veritatem sed nomine tantum Secundo quod sine ea de facili vertetur in tirannum Tercio quod sine ipsa non potest naturaliter dominari Prima via sic patet Nam rex est nomen officij et dignitatis est enim regis officium ut suam gentem regat et dirigat in debitum finem quod ipsum Regis nomen ostendit Nam enim regnum sumptum est a regendo regere autem alios et dirigere ipsos in fine debitum sit per prudenciam ... Ethicorum quod illos estimamus esse prudentes qui sibi et alijs possunt bona speculari et providere prudencia ergo est quidam oculus quo bonum et debitus finis conspicitur quod ergo hoc oculo caret non sufficit videre per ipsum bonum ... dirigendus Sicut ergo sagittator non posset sufficienter sagittam

in signu dige nisi ypm si
gnu videt Sic nec rex pt
ppliu rege et ypm in debitu
fine dirige nisi ypm fine
per prudenciam speculetur
Si igitur sine prudencia nq
pt sufficient gentem rege et
ipam dige in finem debitu si
ca nq erit rex zm reipublicam
et ut decet licz forte sit rex a
pplacione et noie Videt em
q vir sine prudencia positus
in dignite regia sit denarius
Eneus nl plubeus positus in co
poto mcatoru Mercatores n
cu racocinacco computat aliqd
vnu denariu Eneu nl plube
n ponut loco mille librarum
Et go nd vz vnu reputant
valorem magni pcij denaria
go ille magis est signu valo
ris q valeat Sic vir si prude
cia careat et regia dignitate
fungatur cu ipe parui valo
ris sit est loco magni precij
magis est go signu regis q sit
rex vt go sit rex nd solu noie
sed re decet ypm habe pru
dencia Ho hoc decet eu ne
defacili in tirannidem conuitat
dictu est em q per prudenciam di
rigim in bonu in quod inclinat
Virtutes morales Est em prude
tis provide sibi bona et aliis
et dige se et alios in optimu
finem Si go aliquis prude
cia careat per quam dirigimur
in optima bona zm reipubli
tatem efficit tirannus Cum a
Diuiciae et bona exteriora
que sint bona aptima zm
aparenciam credat esse opti
ma simplr vnde tirannus prude
tes q nd cognoscunt n sensi
bilia bona cuiusmodi sint diuicie
et bona exteriora Rex pru
dencia carens q nd cogno
scet nc putabit nisi sensibi
lia bona Dimissis virtutibus
totu studiu suu ponat ut af
fluet diuicijs et bonis sen
sibilibus efficietur go depre
dator ppli Dominabitur tira
nice nd curabit qualiterq pos
set pecunias extorquere Cer
to decet reges habe pru
denciam q nd pnt sine ea na
turalit dominari Nam ut decla
ratum fuit primo politicorum ex hoc
est aliquis naturalit seruus q deficit
intellectu et nescit seipsum re
gere Ex hoc at naturaliter dominus
est q viget intellectu et pru
dencia et nouit se et alios in
debitu fine dige hec ergo
veritate nd solu approbant phica
docta sed et confirmat singu
la regimina naturalia Videmus
em naturaliter dominari homines bestijs

viros femine senes pueris. So
minnes enim naturaliter dominantur
bestiis, quia hominum genus viget
prudencia, bestie vero pruden
cia et arte parum participant.
Sic et viri dominantur feminis,
quia ut declarari habet primo politicorum
feminam habet consilium invalidum.
Communiter enim femine deficiunt
a virorum prudencia, quamvis si reperi
antur mulieres quedam pruden
ciores viris, hoc est ut raro et
in pauctioribus, ut plurimum
ergo feminam viro naturaliter debet
esse subiectam eo quod naturaliter defici
at a viri prudencia. Hoc etiam
modo iuvenes decet naturaliter
antiquioribus esse subiectos, quia
inexperti agibilium non sic habun
dant prudencia sicut illi. Ubicumque
quia igitur hoc natura fuit et illud
naturaliter dominatur semper princi
pans pollet prudencia a qua
deficit qui naturaliter servus existit.
Ut igitur rex naturaliter dominetur
oportet quod polleat prudencia et in
tellectu quam



Quoniam magis perfecte
habetur aliquod to
tum nisi habeantur omnes par
tes eius, si debeat esse aliquis
perfecte prudens oportet ipsum habere
omnia que concurrunt ad pruden
ciam et omnes partes eius. Consueve
runt autem assignari octo partes pru
dencie, scilicet memoria, providen
cia, intellectus, racio, solercia,
docilitas, experiencia et caucio.
Quare si rex aut princeps de
beat esse prudens, oportet ipsum esse
memorem, providum, intelligen
tem, racionabilem, solertem, do
cilem, expertum et cautum. Hec autem
octo que dicuntur esse partes pruden
cie sic accipi possunt racione ut pru
dencie habitus. Ex hoc dicitur aliquis esse
prudens quia est sufficiens dirigere
se et alios in aliqua bona sive
in aliquos bonos fines. Quatuor
est igitur hec considerare, scilicet bona
ad que dirigit, modum per quem di
rigit, personam dirigentem et gente
quam dirigit. Racione bonorum ad que
dirigit oportet regem esse memorem et
providum. Propter modum autem quem
dirigit oportet ipsum esse intelligen
tem et racionabilem. Racione per
sone que est alios dirigens oportet
quod sit solers et docilis. Racione
vero gentis quam dirigit congruit

quod sit expertus et cautus. Si
enim rex gentem aliquam debeat
ad bona dirigere oportet quod habeat
memoriam preteritorum et provi
denciam futurorum. Debet enim
habere preteritorum memoriam non quod pos
sit preterita immutare quia nulli
agenti est hoc possibile. Sed decet
regem habere preteritorum memori
am ut possit ex preteritis cogno
scere quid evenire debeat in
futurum. Nam ut scribit 2o retho
ricorum in contingentibus agibi
libus ut plurimum futura sunt
similia preteritis. Secundo decet
ipsum habere providenciam futu
rorum quia homines providentes
futura excogitant vias per quas
faciliter illa adipisci valeant.
Ergo cum bonorum ad que rex su
am gentem dirigere debet expe
dit ut habeat providenciam fu
turorum ut facilius illa futura
bona adipisci possit et ut ha
beat memoriam preteritorum ut ex
illis preteritis sciat quid agere de
beat in futurum. Racione vero
modi per quem dirigit oportet quod ha
beat intellectum et racionem sive
oportet quod sit intelligens et racionalis
modus enim quo rex suum populum
dirigit oportet quod sit huiusmodi quia
rex ipse homo est. homo autem intelligit
raciocinando et discurrendo
accipit enim aliqua principia et
aliquas premissas ex quibus
intentas elicit conclusiones
et hoc tam in speculabilibus
quam in agibilibus. Nam sicut sunt
raciones ut demonstretur quid
sit verum cognoscendum sic sunt
raciones ut persuadeatur quod
sit bonum prosequendum. Racione
ergo huiusmodi modi cognoscendi qui
est hominibus inditus volens
alios dirigere oportet quod sit intelli
gens cognoscendo principia et
premissas. Et sit racionalis racio
cinando et eligendo ex illis
premissis conclusiones intentas.
Vel oportet quod sit intelligens sci
endo leges et consuetudines
bonas et alia que possunt
esse principia et regule agen
dorum oportet autem quod sit racionalis
speculando ex illis regulis
quid agere congruit. Sicut
ergo racione bonorum ad que dirigit
oportet regem esse memorem et
providum sic racione modi per quem
dirigit oportet ipsum esse intelli
gentem et racionalem. Sed racione
proprie persone que est alios dirigens

opz q sit solers et docilis
Nam qui in tanto culmine
est positus et tantam gente
dige habeat. opz q sit in
dustris et solers ut sciat ex
se invenire bona gentis sibi
comisse Verum q nullus homo
sufficit ad excogitandum omnia
que possent esse utilia toti
regno. ideo hoc q expedit
rege esse solerte ex se bona
que sint regno utilia excogi
tando. Opz ipm esse docilem
aliorum consiliis acquiescendo
Possimus enim dice de rege
quod dr de magnanimo iiii to
ethicorum q no decet ipm fuge
comonetem Non enim decet re
gem in oibus sequi capud su
um nec inniti semper solertie
ppe sed opz ipm esse docilem
ut sit hiulis ad capiendum
doctrinam aliorum acquiescendo
doctrinis nec consiliis baronum
seniorum sapientum et diligen
tium regnum. patz ergo q ratione
psone ppe que est aliorum diri
gens opz regem esse solerte
et docilem. Sed ratione gentis
quam dirigit ipm esse expertum et
cautum Experientia enim est
rerum particularium ppter igitur
sunt alia et alia particularia
et ppter aliqns negociatur circa
aliam et aliam gentem sunt a
lia et alia exquirenda opz
igitur principem volentem gentis
sui posse esse expertum cognoscere
condiciones particulares gentis
sibi comisse ut possit eam me
lius in debitum fine dirige. ul
timo opz ipm esse cautum Na
sic in speculabilibus falsa q
quam misceant veris ppter quod
credantur vera que non sunt vera sed
apparent vera. Sic in agibili
bus mala multociens admi
scentur bonis ppter quod cre
duntur bona que non sunt bona
sed apparent. Opz ergo regem
esse cautum respiciendo appare
ter bona et eligendo simplici
ter bona ad que debet dirige
gentem sibi comissam

Anima in se
dendo et qe
scendo fit pru
dens ut vult
phus vii phicorum. Reges

principes si desiderant esse pru
dentes non debent vanitatibus
intendere sed maiorem partem vite
sue debent expendere in cogi
tando que possunt esse regno pro
ficua. Quod non sit intelligendum
est ut nullas recreaciones corpora
les habere debeant sed debent eis
adeo moderate uti ut non
impediantur in regimine re
gni. Seipsos ergo poterunt facere
prudentes ut recte regnum reg
ant excogitando primo tempora retro
acta sub quibus temporibus
regnum melius regebatur et
quod habebit rectorem meliorem
mediorum ex quibus scire poterit
quid agendum sit in futurum nam
semper debent regnum suum conforma
re regimini retroacto sub quo
regimine melius et tucius rege
batur. Nam sicut in speculando
recogitando que antiqui philo
zophi conscripserunt fiunt sa
pienciores in speculabilibus ne
sic reges et principes acta suo
rum predecessorum recogitando fiunt
magis prudentes in agibilibus.
Secundo debet diligenter intu
eri futura que possunt esse pro
ficua regno et mala que pos
sunt esse nociva. Nam ex hoc

habebunt providenciam futurorum
ut possint mala expediencius
vitare et bona facilius adipi
sci. Tercio debet recogitare
bonas consuetudines saepe
et bonas leges nam talia sunt
magis principia agibilium
intellectus enim principaliorum est
tanto ergo rex magis intelli
gens est circa agibilia quanto
plures bonas leges et bonas
consuetudines cum mente habet
ex quibus potest scire quid in sin
gularibus sit agendum. Circa se
pe et saepius excogitare de
bet quod per singula dicit bonas leges
et consuetudines debite regi
regere eliciendo ex eis debitas
conclusiones agibilium. Nam enim sic
sicut intelligentem esse habe
re cognicionem legum et consuetu
dinum que sunt principia agibi
lium. Justum sit racionabilis
ex illis legibus et consuetudi
nibus debitas conclusiones agibi
lium eliciendo. Quod quomodo fieri
debeat in 3o libro ubi age
tur de regimine regni plenius
ostendetur. Reges ergo dando operam
illis octo que ad prudenciam
requiruntur de quibus in presenti capitulo
fecimus mencionem poterunt prude
ntes seipsos facere. Verum

quia malicia est corruptiva prin
cipii sicut enim gustus infectus corru
ptus gustu male iudicat de sa
poribus credit enim dulce esse
quod est amarum et ergo sic ha
bens infectam et depravatam
voluntatem excecatur in intellectu
ut male iudicet de agibilibus
iudicat enim esse agendum quod
est fugiendum et ergo. Hoc enim di
ctum est quod scribitur 6to ethi
corum quod impossibile est prudentem
non autem bonum depravat enim
malicia iudicium ut agat im
prudenter agat propter maliciam
depravantem voluntatem. Concludit
si reges et principes volunt esse
prudentes non sufficit quod debent esse
mediocres providi solertes et [illegible]
les et alia que superius dicebantur
oportet ipsos esse bonos et non habere
voluntatem depravatam ne propter
maliciam appetitus imprudenter
agant et iudicent esse agenda que
sunt fugienda

L philosophus in
quinto ethicorum
distinguit dupli
cem iusticiam le
galem et equalem i. legalis

est iusticia et quid equale et quo
modo omnes virtutes. Iusticia vero
equalis est quid speciale et est quedam
particularis virtus. Unde ergo hic est quod
quis iustus et legalis quia adim
plet precepta legis. Sed ut dicitur
primo magnorum moralium lex
precipit actus omnium virtutum. Precipit
enim lex operari fortia et tem
perata et universaliter omnia que dicuntur
virtutes ut ibidem dicitur. Ergo iu
sticia legalis est quedam omnis virtus. Se
cundum quinto ethicorum scribitur quod lex
precipit non delinquere aciem neque
fugere neque abicere arma quod spe
ctat ad fortitudinem et precipit
non mechari quod pertinet ad temperanciam
et non percutere neque contendere que
sunt opera mansuetudinis. Lex igitur
universaliter iubet omnes virtutes implere
et omnem maliciam fugere. Quare
iusticia legalis i. impletiva le
gis est quodam modo omnis virtus. Iusti
cia autem equalis est quedam virtus specialis
per quam redditur unicuique quod est equum
i. quod sibi debetur. Differencia
autem harum iusticiarum sic patet. Nam
prima ut scribit 5to ethicorum iusti
cia est in ordine ad alterum. Putat
igitur omnes habere ordinem ad seipsum
[illegible] et ad rem publicam et ad legis
latorem sive ad ipsum regem. [illegible]
esse in eis iusticia legalis et [illegible]

Nā in ipis ciuib3 ex eo qd ha
bent huiqdi ordinē vel qnt²
bonū qnē nl bonū spale et
ppiū Si qnt² bonū comune
sic est in eis iusticia legalis
Si aut in ipis qnt² bonū ad
quod ꝑuatū erit in eis iusti
cia equalis bonū eñ cōie
resultat ex omi bono ciuiū
Res eñ publica et tota ciuitas
melior est qñ singuli ciues bo
ni sut Sine eñ ciues boni sit
in se sine in ordine ad alios
semp ciuitas melior ē que
ex melioribz ciuibus cōstat
Et qnto pluribus modis sūt bo
ni ciues tanto magis ē bona
ciuitas. Leges igit² que intē
dūt cōie bonū ꝑcipiūt oēz mo
dū bonitatis Cū sit igit² iustū
zm leges et imple legalem
iusticiam est sequi oē bonū et
fugē oē viciū et habē quo
damō oēm virtutem ꝓpt legalis
iusticia dictū est quodāo
oīs virtus qꝛ exercet opa oīm vir
tutū Nō est eñ simplr legalis
iusticia oīs virtus qꝛ est distin
cta virtus a qualz virtute sed qꝛ
quodamō omīs virtus qꝛ nō de
termiat sibi spalem mām differt
aūt huiōi iusticia a qualz
virtute in duobus Nā līz eadē

opera agat iustus legalis
que agit fortis et tempatus
nō tñ agit ea zm eandē intē
cōez nl zm eādē rōez spiālem
Nā qui agit opa forcia qꝛ
delectat² in talibus fortis est
Et agens tempata qꝛ dele
ctatur in ipis temperatus
est Sz agens talia nō qꝛ de
lectet² in eis sz qꝛ ea lex ꝑ
cipit et vlt imple legem iu
stus legalis est Iustus go lega
lis ꝑse et zm qd huiōi delecta
tur in implecōe legis Si aūt
delectat² in opibus singulariū
virtutū hic est ex cōsequenti ꝑut
omnia talia opa sunt a lege
pcepta. Fortis aūt et tēpatus
nl ꝑficitur zm virtutes alias
et ꝑse. et ꝑmo delectatur in
opibz cōueniētibz virtutibus
quibz ornat². Si aūt delectat²
in implecōe legis hoc ē ex cō
sequenti ꝑut vz agēdo talia o
pera legē implet Ex ista aūt
dūa sequit² 2a Nā aūt fortes et
tempatus delectatur in opibus
taliū virtutū zm se virtutes ille
ꝑficiunt habentes eas nt ē ꝓp
zm se Sz iustus legalis qꝛ de
lectatur in opibz illis ꝑut implet
legem Iusticia legalis non

pficit hoiem zm se sed pfi
cit ipm ut habz ordine ad le
ges. leges aut traduntur
a ipo principe et sut condite i
psis civitatibus subditis impe
rio principis cuius est leges fer
re. Perfectio igitur in ordine
ad leges est pfici in ordine ad
principem cuius est leges ferre
vel in ordine ad totam civitatem
cui lex imponitur. Iusticia ergo
legalis licet faciat eadem opera
illa que faciat temperancia et
fortitudo pficit tamen ipm habe
tem in ordine ad aliud ut in
ordine ad principe nel i orne
ad civitatem non obstante quod tpan
tia et fortitudo et alie virtu
tes huiusmodi pfectionem habente
zm se. Patet igitur quod iusti
cia legalis est quodam modo omis
virtus et quod non determinat sibi
specialem materiam sed agit opera
singularum virtutum. Iusticia
vero equalis non est omis virtus
nec agit opera singularum virtu
tum sed determinat sibi specialem
materiam eo quod in ea intenditur
speciale bonum et sit inde melior
civitas et qualitercumque malus
fit sit inde peior civitas non
tamen ex quacumque bonitate vniuscui
us pse et zm quod huiusmodi resul

tat bonitas alterius civis nec qe
cumque pravitas vniuscuiusque civis pse
loquendo infert malum alteri civi.
Sed tamen in bonis exterioribus quanto
quis malus fit ut quod velit plus
habere in eis quam eum deceat ex
hoc infert nocumentum aliis civi
bus. quia si ille habet inde plus
alii habent inde minus. Iusticia
ergo specialis per quam vitatur
quod malum speciale ut patet ex
malicia vniuscuiusque civis infertur
nocumentum alteri determinat sibi
specialem materiam et hoc esse circa hoc
bona exteriora in quibus cives
comunicant. Dicta ergo est hec iusticia
equalis quia potissime intendit
equalitati ut quod vniuscuiusque
in huiusmodi exterioribus bonis
habeat quod est equm. Inde
est ergo quod hec iusticia dicitur vnicuique
quod suum est tribuere; quia eius in
quadam equalitate consistit. Hanc
est vnicuique tribuit quod equm est
sic et dicitur tribuere vnicuique quod
suum est quia equm est quilibet pos
sidere sua. Si igitur hec iusticia
specialis equalis dicitur et equalitati
intendit circa bona exteriora du
plicat cives inequales participare
possunt duplex erit huiusmodi
particularis iusticia. Contendit ad

dignos propter bona inequaliter
in commutationibus ut in emp
tionibus venditionibus mutatio
nibus et locationibus. contingit
enim in vendendo emendo locan
do mutuando dare parum et
recipere multum vel e contra quod
inequalitate esse non oportet. Rur
sus contingit inequalitas enim
distributionibus quia aliquando aliqui
plus laborantes pro re publica
minus recipiunt. immo etiam iustitia
quodammodo depravata est ut plu
rimum cum homines acceptores sunt
personarum et distribuentes hono
res et bona indignis et repel
lentes dignos. Erit igitur par
ticularis iustitia commutativa et
distributiva. Dicimus ergo iustitia
sive sit legalis sive commuta
tiva sive distributiva semper
perficit hominem in ordine ad aliud
magis tamen iustitia commutativa
et distributiva perficit habentem
in ordine ad aliud quam legalis
sed de hoc forsan erit alibi
locus. Ad primum autem inquantum dictum
est quod declarata sunt illa tria
que in prologo tali ponebantur. O
stensum est enim quot sunt modi
iustitie quia quedam est iustitia
generalis que dicitur legalis et quedam spe
cialis que dicitur equalis. Et hec
est duplex quia quedam est distributiva
quedam commutativa. Rursus
declaratum est circa que habet esse in
iustitia quia iustitia legalis ha
bet esse circa totam materiam moralem
et circa omnia opera virtutum non
secundum se accepta sed prout
per ea est impletio legis. Tertio
ostensum est quomodo differt iustitia
a virtutibus aliis quia virtutes a
lie magis perficiunt hominem in se
iustitia vero sive sit legalis si
ve distributiva sive commuta
tiva perficit hominem in ordi
ne ad aliud

Dicebatur in prece
denti capitulo duas
esse iustitias u
nam generalem et
aliam specialem. Ad hoc ut re
gna subsistant et pacifice ma
neant utraque iustitia est ne
cessaria. quod quia absque iusti
tia generali regna stare non pos
sunt duplici via investiga
ri possumus. Prima sumitur ex perti
nentia iustitie generalis. Secunda ex
parte regni in quo debet talis
iustitia observari. Prima via
sic patet. Nam ut in precedenti capitulo
dicebatur legalis iustitia est
quodammodo omnis virtus. habemus igitur

singuli iustitiam est imple lege
Si ergo lex iubet omne bonum et
prohibet omne malum imple le
gem est esse perfecte virtuosum
Ideo primo magnorum moralium
capitulo de iustitia dicitur quod legalis
iustitia est perfecta virtus ergo per
locum ab oppositis legalis iniusti
tia est integra et perfecta mali
tia In nullo ergo observare leges
et cives non participare in aliquo
legalem iustitiam est eos esse inte
gre et perfecte malos Sed ut dicitur
iiii° ethicorum capitulo de mansuetudine
malum seipsum destruit et si in
tegrum fit importabile fit Im
portabile ergo esset illud regnum
et durare non posset illa civitas
cuius cives essent integre ma
li et in nullo vellent imple
lege nec vellet in aliquo parti
cipare legalem iustitiam Ex parte
ergo ipsius legalis iustitie que e
perfecta cuius oppositum est perfecta ma
litia probari potest quod absque legali iu
stitia non valet regna subsistere
Secunda via ad investigandum
hoc sumitur ex parte ipsius regni
Regnum enim et omnis politia
est quidam ordo et quidam prin
cipatus cum ergo ordo et principa
tus sit respectu subditorum per respectum
ad leges et ad principem cives

est fere leges ut declarari habet
in politicis Si cives non participa
rent legalem iustitiam non servare
tur in eis ordo nec ad leges nec
ad principes Non ergo ulterius in eis ser
varetur politia nec esset ulterius
regnum Sufficiens est ergo ostendere quod
absque legali iustitia regna dura
re non possunt Sed quod absque
iustitia speciali que dividitur in
iustitiam commutativam et distributivam
non subsistat regnum sic declarari
potest Quodlibet enim regnum et quelibet
congregatio assimilatur cuidam cor
pori naturali Sicut enim videmus
corpus naturale constare ex diversis
membris connexis et ordinatis ad
invicem Sic quodlibet regnum et quelibet
congregatio constat ex diversis per
sonis connexis et ordinatis ad aliquid
unum Ut ergo liceat figuraliter loqui
in membris eiusdem corporis est
quodammodo reperire iustitiam commutativam
et distributivam Iustitia enim proprie
sumpta non est nisi ad alterum et
non est nisi diversarum personarum me
taphorice tamen et per quandam similitudinem
est iustitia eiusdem ad seipsum et
in membris eiusdem corporis possumus
aliquid contemplari iustitiam Unicuique
enim et eiusdem corporis membra
habent ordinem ad se invicem et or
dinantur ad unum aliquod ut ad cor

a quo recipit motum et vitalem
influentiam. Ut ergo membra habent
ordinem ad se invicem est in eis quodam
modo iustitia commutativa. Sed
ut ordinantur ad cor a quo rece-
ptantur in ipsis iustitia distri-
butiva. Ex hoc enim est inter aliquos
commutativa iustitia quia unus ha-
bundat in uno in quo alter de-
ficit et deficit in aliquo in quo
ille habundat. Ideo ut consulerent
indigentie provideretur inventa
sunt commutativa iustitia. Con-
tingit enim aliquem habundare
in pecunia in qua alter deficit
et deficere in frumento in quo ille
habundat per commutativam ergo
iustitiam huiusmodi superhabundantia
et defectus reducuntur ad equalitatem
quia unus dat pecuniam qua habun-
dat et recipit frumentum quo in-
diget alter vero distribuit frume-
ntum quo affluebat et suscipit pe-
cuniam qua caret. Est ergo com-
mutativa iustitia per quam unus ordi-
nat bona sua ad utilitatem alterius
et econverso. Hunc autem modum reperimus
in membris eiusdem corporis. Oculus
enim pollet acumine visus deficit
tamen a potentia gressiva quia
non potest pergere. Pes autem habundat
in gressiva potentia deficit
tamen in visione quia nihil videt. Ocu-
lus ergo secundum visionem in qua habun-
dat subvenit indigentie pe-
dis quia diget ipsum. Pes autem
secundum potentiam gressivam qua
pollet subvenit indigentie o-
culi quia portat eum. Nisi ergo
membra sic sue indigentie sibi
subvenirent ut non magis pergeret
oculus et oculos diget pedes
totum naturale non posset subsistere. Sic
quia nullus homo sufficit sibi ad vi-
vendum nisi cives per commutativam
iustitiam sibi invicem subvenirent ut
quia unus commendaret alteri illud in
quo superhabundat et acciperet
illud in quo deficit civitas
durare non posset. Sicut ergo in
membris eiusdem corporis propter ha-
bent ordinem ad invicem et sibi
invicem sue indigentie subve-
niunt est in eis quedam commu-
tativa prudentia vel iusti-
tia sine qua corpus naturale dura-
re non posset. Sic propter cives
eiusdem civitatis vel regni habent
ordinem ad se invicem et sibi invicem
in quadam commutatione sue in-
digentie satisfaciunt. Est in eis
commutativa iustitia sine qua ci-
vitas vel regnum subsistere non
posset. ¶ Secundo in membris
est quedam distributiva iustitia propter
habent ordinem ad ipsum cor. Nam cor
singulis membris secundum suam propor-
tionem et dignitatem influit eis spiritum

vitalem et motum Ita quod prin
cipium vite et principium mo
uendi est in corde sicut forte prin
cipium sentiendi est in cerebro
Sic et in ciuibus est distribu
tiua iusticia prout ordinatur ad
unum aliquod ut ad regem vel ad
ducem qui cum eorum virtutem
vel dignitatem debet eis ho
nores et bona distribuere Sic
ergo corpus naturale non subsistit nisi
in eo reseruetur quedam dis
tributiua iusticia ut quod cor mem
bris debite non influet sic re
gnum vel ciuitas non possit sub
sistere nisi reseruetur in ea dis
tributiua iusticia ut quod rex siue
princeps debite honores et bona
distribuet Est tamen diligenter
notandum quod sicut non solum inequali
tas tollit vitam corporis naturalis
tamen quelibet inequalitas eciam egrotat
et infirmat ipsum Sic non solum
iniusticia corrupit tollit regnum
et policiam tamen propter quamlibet iniusti
ciam regnum et policia infirma
tur et disponitur ad corrupcionem
patet igitur quod prout ciues habent
ordinem ad se inuicem est in eis iusti
cia commutatiua prout vero habent
ordinem ad regem vel ad principem
reseruatur in eis iusticia distributiua
prout vero implent leges communes
iusticia legalis Cum ergo tantum mo
straretur iusticia sine ea ciuitas

vel regnum durare non potest
bene ergo dictum est quod dicitur in primo
magnorum moralium capitulo de in
iusticia quod iustum est quoddam corpor
ale et continet vrbanitates
nam sicut anima continet corpus quia
recedente ea dissoluitur et mar
cescit sic iusticia continet vrbani
tates id est ciuitates et regna quia
sine ea dissoluuntur ciuitates et non
possunt regna subsistere Valde
igitur regno et regi cauendum qui iu
sticiam non obseruat Si igitur
iusticia est tantum bonum regis
et regni sicut nobis rex stude
debet ut in suo regno seruetur
iusticia non solum hiis qui in re
gno nati sunt sed et peregri
nis et aduenis Cumque eius ne
getur iusticia manifeste regi
et regno infertur iniuria



Satis per pre
cedentia capitulo hoc
persuadetur regibus
et principibus ut
sint iusti et ut obseruent iusti
ciam cum sine ea ciuitates et re
gna durare non possunt. Tamen
quia est ad hominis gloriosum et
quia est amicus nouas vonebau
Sive adducta nouos modos

quibus ostendi poterit quod ma
xime decet reges et principes
esse iustos possumus autem hanc veri
tatem quadruplici via venari quarum
quatuor que tanguntur de iusticia
quinto ethicorum Prima via sumitur
ex parte persone regie 2a ex parte
ipsius iusticie 3a ex perfectione
bonitatis que ex iusticia in
notescit Et quarta ex ipsa ma
licia que ex iniusticia consur
git Prima via sic patet Nam si
lex est regula agendorum ut ha
beri potest ex quinto Ethicorum ipse
iudex et multo magis ipse
rex cuius est leges ferre de
bet esse quedam regula in agen
dis Est enim rex sive princeps
quedam lex et lex est quedam
rex sive princeps Nam lex est
quidam inanimatus princeps prin
ceps vero est quedam animata lex
Quanto ergo animatum inanimatum superat
tanto rex sive princeps debet
superare legem Debet enim rex
esse tante iusticie et tante e
qualitatis ut possit ipsas leges
dirigere tamen in regno suo leges
observari non debeat ut habebit inferius
Dubitare ergo utrum rex debeat
esse equalis et iustus est du
bitare utrum ipsa regula debe
at esse regulata si enim regu
la ab equalitate deficiet nihil

regulatum erit cum omnia per regu
lam regulantur Sic si reges
sint iniusti disponitur regnum
ut in eo non observetur iusticia
Ergo maxime studere debet
ne sint iniusti et inequales
quia iniusticia et inequalitas
eorum tollit ab eis regiam
maiestatem et dignitatem Nam
reges iniusti etsi dominentur
per civilem potentiam non tamen di
gni sunt ut sint reges cum
enim deceat regulam esse rectam
et equalem quia est quedam a
nimata lex et quedam animata regula
agendorum ex parte ipsius persone
maxime decet ipsum servare
iusticiam Secundo possumus
investigare hoc idem ex parte ipsius
iusticie Nam iusticia est quedam
magnum bonum et preclarum. Proprie
enim ut dictum est homines in
ordine ad aliud. Tunc autem ma
xime clarescit bonitas nostra quando
usque ad alios se extendit unde
quinto Ethicorum dicitur quod preclarissima
virtutum videtur esse iusticia Neque
vesperus neque lucifer est ita ad
mirabilis sicut ipsa Vesperus
enim et lucifer est una et eadem
stella que est valde pulcra et
clara Et propter sui pulcritudinem
et venustatem communi nomine appella
tur venus Hec autem stella quando
precedit solem et tunc apparet

in mane et dicitur lucifer aliquando apparet in sero et sequitur ipsum et dicitur vesperus. Est ergo intendendum philosophus dicat quod licet venus que est pulcerrima stella et que aliquando dicitur lucifer aliquando vesperus non est ita pulcra nec ita preclara sicut est iusticia. Pulcritudo enim stellarum non est ita admirabilis sicut pulcritudo eius. Stelle enim pollent pulcritudine corporali, sed iusticia pollet pulcritudine honesta et spirituali et ornat nos spirituali perfectione. Quanto enim pulcritudo spiritualis excellit pulcritudinem corporalem, tanto pulcritudo iusticie et claritas eius admirabilior est claritate stellarum. Si ergo decet reges et principes habere clarissimas virtutes et per consequens iusticiam que est quasi clarissima virtus, probari potest quod decet eos observare iusticiam. Tercio probari potest ex ipsa perfectione bonitatis que ex iusticia innotescit. Iusticia enim non solum est perfecta virtus in se, sed si sit in regibus et principibus ostendit eos esse perfecte bonos. Sicut enim videmus in aliis rebus quod unumquodque perfectum est cum potest sibi simile producere et cum actio sua se ad alios extendit, ut tunc aliquid est perfecte calidum quando potest alia calefacere et quando actio sua ad alia se extendit. Et tunc est aliquid perfecte sciens quando potest alios docere et quando scientia sua ad alios se extendit. Ideo scribitur primo metheororum quod signum omnino scientis est posse docere. Ergo a simili tunc est aliquis perfecte bonus quando bonitas sua usque ad alios se extendit. Unde et ergo quia non cognoscitur perfecta bonitas hominis nisi constituatur in aliquo principatu, non quidem aliquis non regens nisi seipsum non plene apparet qualis sit nec perfecte cognoscitur bonitas eius, sed quando constituitur in principatu aliquo quod oportet quod bonitas sua ad alios se extendat, tunc melius qualis sit apparet, eo quod opera sua ad exteriora se extendunt. Sicut ergo consideratione magis nota fit nobis, quanto aliquis in maiori principatu constituitur quod opera sua ad plura se extendunt, magis apparet qualis sit. Ideo dicitur quod magistratus virum ostendit. Propter quod et proverbialiter dicitur: Si quis vult cognoscere virum ponat ipsum in aliquo principatu. Ex iusticia igitur que est ad alterum innotescit perfecta bonitas. Unde excepta prudentia que aliis virtutibus perfectior est quia est earum directiva, omnibus aliis

virtutes morales que perficiunt
hominem in se se videntur habere ad
iusticiam que perficit hominem in or
dine ad alium secundum quod subditur cum
quodam modo solum huiusmodi virtute se
respectu se habet ad principem eminencie
bonitatis et regiminis ad alios se
extendit Sicut ergo in principe
magis manifestatur perfectio
bonitatis quam in aliis sic ex iu
sticia magis manifestatur per
fectio bonitatis quam ex aliis vir
tutibus moralibus decet ergo reges
et principes esse iustos tum quia de
bent esse regula agendorum tum
quia iusticia est preclara virtus tum
quia ex ea et manifestatur perfectio
bonitatis Rursus hic decet reges
et principes ex magnitudine ma
licie que ex iniusticia consurgit
quia ut dicitur quinto ethicorum sicut me
lior est qui non solum est bonus
in se sed et bonitas sua se ex
tendit ad alios sic peior est qui
non solum malus est in se sed
et malicia sua se extendit
ad alios et quanto ad plures se
extendit malicia eius tanto
peior existit Tanto igitur stu
diosius studere debent reges et prin
cipes ut sequantur iusticiam et in
iusticiam vitent quanto ex eorum
iniusticia potest sequi magnum ma
lum et potest inferri pluribus
documentum Esset autem ultimus
declarandum quomodo reges et prin
cipes possint iusticiam acquirere
et quomodo debeant iusticiam obser
vare sed hoc in tercio libro ubi
agetur quomodo regnum iuste debe
at regi plenius ostendetur

Circa quod
tum contin
git peccare
et bene a
gere oportet dare virtutem aliquam
per quam regulemur in agendo
Cum igitur circa timores et au
dacias contingat aliquem se habere
recte et non recte oportet dare virtutem
aliquam circa timores et audacias
Accidit enim aliquos timere time
nda et non timenda sunt enim ali
qui adeo pavidi quod cunctas res
timent Alii vero adeo
fatue audent ut et deum non
timeant quod non est fortitudinis
sed insanie propter quod in tercio
magnorum moralium scribitur
quod si quis valde impavidus est con
stat quod deum non timeat non
est fortis sed insanus Spectat
igitur ad fortem timere timenda

et aude audenda Erit ergo for
titudo q virtus reprimens timores
et moderans audacias. reprimit
enim fortitudo timores ne per
eos retrahatur quis ab eo quod ro
dictat moderatur audacias
ne quis audendo agrediatur
quod ro vetat. Visso quid est
fortitudo restat videre circa que
habeat esse talis virtus Scien
dum ergo quod time et aude prope
recipiunt pericula Nullus enim
timet nisi imaginetur sibi immi
nere periculum. nec aliquis dicitur aud
ax nisi aggrediatur aliquid terri
bile et periculosum. periculorum
autem que sunt bellica que ante
ex aliis causis Exponimur enim
periculis non solum in bellis sed
etiam in mari et in egritudini
bus et in aliis circa que contin
git esse pericula Rursus in peri
culis bellorum hoc dupliciter
se habent quidam timent
quidam audent Audentes autem
dupliciter quia quidam de levi
aggrediuntur bellorum pericula
sed cum aggressi sunt ea sustine
re nesciunt resistenciam non sustinent
sed fugam arripiunt. Quidam autem
non de levi aggrediuntur bella
sed cum aggressi fuerint susti

nent et tollerant bellorum pe
ricula cum igitur virtus sit circa bo
num et difficile quia difficiliora
et terribiliora sunt pericula belli
ca quam alia. et etiam quia in periculo
bellico difficilius est reprimere
timores quam moderare audacias
Rursus vero quia in audendo non
tam difficile est agredi pugna
sed tollerare et sustinere pugnan
tes. fortitudo que est virtus prin
cipalis circa pericula bellica quam
pericula alia principalis est
in reprimendo timores contingen
tes circa pericula talia quam in mo
derando audacias circa ipsa sic
etiam principalis est hec virtus su
stinendo pugnantes quam in agredi
endo eos. Quod autem pericula belli
ca sint difficiliora ad sustinen
dum quam pericula alia triplici via
ostendi potest Primo quia huiusmodi pe
ricula sunt magis pre oculis et
magis senciuntur quam alia Non
enim sic apte apprehendimus mortem
cum egrotamus quia egritudines
intrinsecus latent nec sic sentimus
pericula maris sicut pericula bel
lica Licet ex tactu aque sic sen
timus et imaginamur lesionem
sicut ex tactu gladii. pericula ergo
bellica cum quia manifesta sunt
cum etiam quia magis senciuntur

et ymaginam(ur) ea maxime
dolorem inferre difficiliora
s(un)t ad sustinend(um) q(ua)m alia. S(ed) p(er)i
cul(um) difficilius sustinemus
q(ua)m alia n(on) sol(um) q(ui)a s(un)t magis
manifesta et doloris illatiua
s(ed) q(ui)a ymaginamur q(uod) p(er) fuga(m)
ea de facili vitare possimus
n(on) e(nim) sic p(er) fugam vitare pos
sumus egritudines q(ui)a cu(m) egri
tudo sit aliq(ui)d in nobis existens
p(er) fugam eam vitare n(on) possumus
p(er)icula e(ti)a(m) maris n(on) sic per
fugam vitari possunt sicut p(er)icu
la bellica. ad (er)go difficilius
sit durare et sustinere p(er)icula
illa que p(er) fugam vitare pos
sumus q(ua)m ea ad que sustinenda
necessitamur. eo q(uod) p(er) fugam ea
vitare n(on) possumus. difficilius
sustinebu(n)t p(er)icula bellica q(ua)m a
lia. Ad(?) p(er)icula talia diffi
cilius sustinentur. q(ui)a p(er) ea ma
xime apprehendimus mortem vio
lentam. cu(m) mors ibi illata sit
p(er) mutilatio(n)em membroru(m) et per
incisiona(m) corporis p(er) qua(m) maxime
apprehendimus violentam mortem
mori e(nim) p(er) egritudine(m) n(on) per
aliq(ui)d aliud n(isi) (?) n(on) potest vide(r)i
repugnare n(atur)e corporis sicut
mors bellica p(er) qua(m) corpus mu
tilatur et inciditur. Est ig(itur)
(?)tus fortitudinis p(r)incipalis

circa p(er)icula bellica et co(n)tinue
circa p(er)icula alia p(ro)pt(er) quod dicit p(h)ilosophus
ethicor(um) q(uod) p(ro)prie dicitur v(ir) fortis
qui est impauidus circa bo
nam mortem et maxime circa
eam que est bello. Sed ad hoc
et in mari et in egritudinibus
intimidus est qui est fortis.
Ad forte(m) igitur spectat n(on) time
quedam p(er)icula que indicat ratio
n(on) esse timenda. Principalit(er)
tamen est fortitudo circa p(er)icula bel
lica tanq(uam) circa difficiliora. Am
plius licet fortitudo sit circa bel
lica pericula reprimendo timo
res et moderando audacias
principalius t(ame)n est circa repres
sio(n)em timoru(m) q(ua)m circa moderatio(n)em
audaciaru(m). Nam p(er)icula terribi
lia ut plurimu(m) tristia sunt
tristia aut(em) n(atur)a(lite)r quilibet refugit
sicut n(atur)a(lite)r p(ro)sequimur delecta
bilia. Cu(m) (er)go n(atur)a(lite)r tristia fugi
amus difficile est reprimere
timores p(er) quos tristia fugi
m(us) aut sic difficile est mode
rare audacias p(er) quas tristia
agredimur. Cu(m) e(rgo) s(e)c(un)d(u)m v(ir)tus principa
lius est circa difficile. Sic decet
est fortitudine(m) principalius esse circa
repressio(n)em timoru(m) q(ua)m circa mo
deratio(n)em audaciarum. Q(uod) aut(em)
fortitudo principalius sit in sustine
do q(ua)m in agrediendo ut (?)

Nomitur triplici via probari potest. primo quia aggredi est fortiter sustinere autem est debilioris aggrediens autem comparatur ad alios sic ad debiliores. Sed sustinens sic ad fortiores. difficilius autem est iniuriam contra fortiores quam contra debiliores. potest quod difficilius est sustinere pugnando quam aggredi pugnantes. Ideo hic est difficilius quam aggredientes magnitudo malum ut subito. Sed sustinens hic malum potentius et prius difficilius est autem iniuriam et habere se fortiter contra mala presencia quam contra mala futura. Ideo hic est difficilius quam aggredi potest fieri subito. Sed sustinere requirit durabilitatem et tempus. difficilius est ergo habere se fortiter et constanter in sustinendo bella autem requirit durabilitatem et tempus quam in aggrediendo ea que fieri potest fieri potest. Tercio philosophus 3o ethicorum tractatu de fortitudine ait quod fortitudo est circa timores et audacias magis tamen est circa timores reprimendo eos scilicet timores quam circa audacias reprimendo eos. Sed timores quam circa audacias reprimendo ipsas moderando et subdit fortitudinem esse in sustinendo ista declaratio est ad circa que hic esse fortitudo. Restat ergo declarandum quomodo possimus nos ipsos facere fortes. Notandum ergo quod licet virtus opponatur duabus maliciis quarum una superhabundat et altera deficit ut largitas opponitur prodigalitati que superhabundat in expendendo et avaricie que deficit. Et fortitudo opponitur audacie que superhabundat in agrediendo et timiditati que deficit. Semper tamen virtus opponitur plus uni malicie quam alie et quia difficilius est reprimere timores quam moderare audacias. fortitudo magis insistit ut reprimat timores quam ut moderet audacias et plus repugnat et contradicit timor fortitudini quam faciet audacia. Cum ergo non possumus precise aliter attingere medium inter audaciam et timorem. declinandum est ad audaciam que minus repugnat fortitudini quam timor. Si volumus nos ipsos facere fortes. Declarata sunt ergo illa tria que in prohemio proponebantur. Ostensum est enim quid est fortitudo. Cum est potius reprimens timores et moderans audacias. Rursus mani

festatum est circa que fortitudo que principaliter est circa pericula bellica et in reprimendo timores et in sustinendo pugnam. Consequenter autem est circa pericula alia et in moderando audacias et in aggrediendo pugnantes. Quo declaratum sunt quo pessima faciunt nobilissimos fortes quia maxime hic faciunt declinando magis ad audaciam que non tamen repugnat fortitudini sicut timor

Distinguit philosophus 3o Ethicorum capitulo de fortitudine septem species sive septem maneries fortitudinis. Prima est fortitudo civilis 2a similis. 3a militaris. 4a furiosa. 5a consuetudinalis. 6a bestialis. Prima est fortitudo virtuosa. Fortitudo enim civilis est qua aliquis timens verecundiam et volens honorem adipisci aggreditur aliquod terribile. Unde ait philosophus quod secundum hanc fortitudinem fortissimi videntur esse apud illas gentes apud quas timidi inhonorati sunt. Fortes vero hic modo honorantur. Ut idem prius ait Hector fortis erat quia timens increpationes Polimedis aggrediebatur terribilia. Dicebat enim quod si fugeret Polimedes qui erat ex parte adversa primum sibi increpationes imponeret. Sic est ut idem prius recitat Diomedes hic modo fortis erat. Dicebat enim quod si non strennue bellaret Hector laudans se in troianis diceret Diomedem ab eo devictum esse. Recte autem hec fortitudo dicitur civilis quia inter cives et notos quis maxime fugit opprobria et querit honores. Videmus enim aliquos qui cum fuerint in ignotis partibus committere aliqua turpia que inter cives et notos nullatenus attentarent. Secunda fortitudo dicitur similis et hec peior est ut cum aliquis non vitat opprobria vel ut consequatur honores sed timore pene non aliqua necessitate ductus aggreditur pugnam. Sic modo multi troianorum timentes Hectorem fortes erant. Nam philosophus ait Hectorem statuisse quod si quis troianorum in bello fugeret taliter aptaretur quod non esset sufficiens

fugare canes. Ad hanc forti-
tudinem inducunt prophanum duces
exercitus statuentes penam fugi-
entibus. faciendo foveas ne pos-
set propter hoc fugere. sed quadam
necessitate bellare cogatur. Sic
modo quidam dux dicitur coegisse ad
fortitudinem suum exercitum. Nam cum
navigasset cum toto suo exercitu trans
fretum ne aliquis de suo ex-
ercitu haberet materiam fugiendi om-
nes naves confregit. Tercia for-
titudo dicitur militaris. et hec est for-
titudo experiencie. Milites enim
propter experienciam quam habent de
bello multa aggrediuntur que
videntur esse terribilia. Nam ut dicit
Vegecius in libro de re milita-
ri. Nullus autem hoc dubitet
quod se didicisse confidit. Vi-
demus enim aliquos qui audien-
tes solum strepitum armorum
fugiunt nescientes discernere
que sunt periculosa in bellis et
que non. Milites vero bellorum
experti confidentes de sua ex-
periencia et cognoscentes
bellorum pericula aggrediuntur
aliqua terribilia ut videantur
esse fortes. Non tamen propter hoc vere
fortes sunt. Nam adeo in male

sunt bellum quod excedat eorum ex-
perienciam in fugam convertuntur.
Quarta fortitudo dicitur furiosa
nam aliqui propter furorem et passionem
in qua existunt aliqua aggrediun-
tur pugnam ita ut iudicantur
fortes. Non tamen proprie tales for-
tes existunt. quia fortitudo vera
aggreditur pugnam ut prius inni-
it non propter furorem sed propter bo-
num. Immo si ex furore quis pu-
gnam aggreditur inveniens re-
sistenciam pugnam non sustinet
quia sistit propter furorem intrepidus
aliqui illata furore incipit time-
re et non sustinet bellum sed ar-
ripit fugam. Quinta fortitudo
est consuetudinalis. Aliqui enim
qui in pluribus bellis fuerunt
in quibus forte bene accidit eis
ex hac consuetudine assumunt
quandam spem victorie et ac-
cipiunt quandam audaciam bellandi
tales ergo fortes esse videntur
quia aggrediuntur pugnam sperantes
de victoria et non credentes
aliquid mali pati. Non tamen ve-
re fortes sunt. quia si inveniant resi-
stenciam et contra speratam ma-
lum aliquod paciantur fugiunt.
Sexta fortitudo dicitur esse bestialis

ut ad arma ignorans fortitudi-
nem adversarii bellat ut puta
si habitantes in septentrione sunt
fortes et audaces in meridie
vero sunt debiles et timidi ipsi
meridionales aggredientes pu-
gnam cum septentrionalibus cre-
dendo eos esse meridionales
habent fortitudinem bestialem. Ipsi
enim tales quasi bestie insensate
aggredientes bellum non cogno-
scentes adversariorum potentiam.
Septima fortitudo est virtuosa
ut cum ad arma non coactione nec
furore nec propter experientiam nec
propter ignoranciam aggreditur bel-
lum sed propter bonum ex electione.
Reges vero et principes licet
has maneries fortitudinum in-
scire debeant ut cognoscant
quales populus sunt fortis est et
quod possint contra adversarios bella
re ipsi tamen debent esse fortes
fortitudine virtuosa ut non
exponant gentem suam periculis bel-
licis nisi habeant iusta bella
et nisi videant magnum bonum
patrie vel regni quod ex tali
bello consequi possit

Temperancia inter
virtutes cardina-
les ultimum gradum
tenet. Pruden-
tia enim et iusticia principaliores
sunt virtutibus moralibus quia
prudentia est in intellectu iusti-
tia in voluntate. Virtutes mo-
rales sunt in apetitu sensitivo
ut in irascibili et concupiscibili.
Apetitus autem sensitivus deservit
voluntati et intellectui. Ideo pru-
dentia et iusticia sunt virtutes
principales. Est autem prudentia prin-
cipalior iusticia quia ipsa est
directiva omnium aliarum virtutum.
Fortitudo autem et tempera-
ntia licet non sint adeo principales
sicut prudentia et iusticia tamen
inter virtutes principales computantur
nam virtutes moderantes passiones.
Dupliciter secundum Damascenum sunt
passiones. Quedam enim obsistunt.
Passiones vero non obsistunt sed
alliciunt nos ad illud quod
racio vetat. Quedam ut supra di-
cebatur obsistunt quia retra-
hunt nos adeo quod racio dictat.
Sunt recta autem que possint
nos retrahere a bono comuni
sicut timores belli et pericula
mortis contra que est fortitudo.
Sic et sunt certa allicencia nos

ad id quod racio vetat sunt
venerea et delectabilia in gu-
stu etc. que est temperancia
fortitudo igitur et temperan-
cia inter principales virtutes computa-
ri debent. est autem fortitudo
prior temperancia quia magis
ordinatur ad bonum commune ut
ad timorem regni et ad defensi-
onem patrie. temperancia vero
magis ordinatur ad bonum proprium
ut ad moderacionem sui ipsius. bonum
autem commune divinius est bono
proprio. Dixi ergo determinavimus
de prudencia que est prior
iusticia. et de iusticia que
est prior fortitudine. et de for-
titudine que est prior temperancia
temperancia restat dicere de i-
psa temperancia que inter
virtutes principales ultimum gradum
tenet. Sciendum igitur quod sicut for-
titudo media est inter timores
et audacias quia qui omnia timet
non est fortis nec qui omnia au-
det. sed qui timet timenda et
audet audenda. sic tempe-
rancia media est inter delecta-
ciones et insensibilitates. Nam
enim insensibilem et agrestem omnes
delectaciones corporales fugit
insensibilitas ergo est vicium quod [illegible]
dicitur fugere delectaciones sensibiles
Omnis ergo delectaciones sensibiles

insequuntur intemperatus est
Qui autem omnes fugit insensibilis et
agrestis est. Qui vero fugit fugi-
enda et prosequitur prosequenda virtuosus
et intemperatus est. Contin-
git enim peccare non solum dele-
ctaciones sensibiles prosequendo sed et-
iam fugiendo. nam qui adeo ab-
stinet a cibo et potu et aliis
huius delectacionibus sensibilibus
quod eius talis abstinencia naturam
sustinere non posset. quia hic vero intem-
peratus esset [illegible] dicit virtuosus dici non
posset. patitur quid est tempera-
cia nam sicut fortitudo est rep-
rimens timores et moderans
audacias inter quas versatur forti-
tudo. sic temperancia
est reprimens delectaciones sensibiles
et moderans insensibilitates. Sunt autem
hic esse. siquidem temperancia de-
lectaciones sensibiles reprimit videndum
est circa quas delectaciones sensibiles
habet esse. delectacionum autem sensibilium
quedam sunt fortes et debiles
quedam nos magis alliciunt
et minus. licet enim sunt qui-
nque sensus et circa sensibilia omnium sensuum
contingat nos delectari fortiores
tamen delectaciones sunt in gu-
stu et tactu. quam in visu audi-
tu et odoratu. quod dupliciter
patet. primo quanto magis unum

delectabilibus tanto arden-
tius et ferventius delectantur
magis autem reprimuntur delecta-
bilibus gustus et tactus quam dele-
ctabilibus aliorum sensuum. Possumus
enim videre audire et odorare
distancia, sed non possumus gustare
et tangere nisi nobis coniuncta.
Ideo in hiis sensibilibus ardentius
et ferventius delectamur. Se-
cundo patet quod sensibilia gustus et ta-
ctus magis directe et immediate
videntur ordinari ad conservacionem
nature. Nam delectabilia gustus
ordinantur ad conservacionem individui.
Sed delectabilia tactus ut ma-
trimonialia ordinantur ad conservacionem
speciei. Ideo forte natura tantam de-
lectacionem posuit in delectabili-
bus gustus et tactus ne periret
individuum et ut salvaretur
species. Quare si virtus est circa bonum
et difficile, bona est virtus tempe-
rancia circa delectaciones gustus
et tactus. Si autem est circa de-
lectaciones aliorum sensuum, hoc est prop-
ter hoc quod alii sensus participant quo-
dammodo bene delectabilia gustus
et tactus. Est enim [illegible]
ut vult philosophus 3o Ethicorum
circa delectabilia illa in contra-
ria(?) aliqua alia concomitantur realiter(?)
aut alia in gustu et tactu dele-
ctantur propter se in aliis vel sensibilibus

delectantur per accidens. Unde
quod in eodem 3o dicitur quod canes
non gaudent odoribus leporum
sed cibacione. Et sic gaudent odo-
ribus. Hic est quod credunt se ciba-
ri ex illis. Et leo non gaudet
voce bovis nec visione cervi, sed
inpinitur(?) per visum et auditum co-
gnoscat eos prope esse et credit
se cibari ex eis. Est ergo tem-
perancia circa delectaciones gustus
et tactus principaliter. Tamen est
circa delectaciones tactus quia in illis
homines ardencius delectantur.
Quod ut videtur racionabiliter
accidit quia delectaciones nutrimen-
tales que fiunt per gustum ordi-
nantur ad conservacionem proprie persone.
Sed delectaciones matrimoniales
que fiunt per tactum ordinantur ad
procreacionem filiorum et conservacionem speciei.
Sicut ergo ut pluries dictum
est bonum gentis divinius est quam
proprium(?) bonum, videtur egisse natura
quod in operibus matrimonialibus
vehemenciores delectaciones posuit
quam in operibus nutrimentalibus. Vel
forte hoc ideo fecit natura
quia unusquisque magis sollici-
tus est de bono proprio quam de
bono alterius. Non igitur oportuit
tam vehementes delecta-
ciones ponere in nutrimento quam

ordinatur ad bonum speciei et ad
conservationem individui. Sic in ma-
trimonio quod ordinatur ad bo-
num alterius et ad conservationem speci-
ei. Quia ergo circa difficilia magis
bellandum est principaliter insi-
stendum est ut per temperantiam
refrenemus delectationes vene-
reas que sunt per tactum quam nutri-
mentales que sunt per gustum.
Immo in ipsis delectationibus
nutrimentalibus magis dele-
ctamur in tactu quam in gustu. Co-
medendo enim et bibendo ut
unusquisque in se ipso experitur
delectamur in lingua ubi re-
gnat gustus et in gutture
ubi non est gustus sed tactus. Et
ut manifeste experimur ma-
gis delectamur cum cibus aut
potus attingit guttur quam cum
tangitur lingue. Credendum
est enim in talibus iudicio gulo-
sorum. Recitat philosophus in 3o
ethicorum de quodam nomine Phi-
loxeno qui cum esset pervalde (?)
vorax oravit ut guttur eius
longius gruis fieret. Non enim
oravit ut lingua eius esset
longior lingua bovis ut ma-
gis delectaretur in gustu
sed ut guttur eius esset longius
gutture gruis ut comedendo

et bibendo diutius delecta-
retur per tactum. Ut igitur patet
quia virtus temperantia est prin-
cipaliter circa tactum et consequenter circa gustum
per accidens autem est circa delecta-
bilia aliorum sensuum. Species
autem temperantie debent sumi
prout [illegible]. Nam si spectat ad tempe-
rantiam reprimere delectationes
nutrimentales et venereas quia
delectationes nutrimentales re-
primimus sumus sobrii et absti-
nentes. Venereas vero si sumus
casti et pudici. Quatuor ergo
partes temperantie sive quatuor
erunt species ipsius videlicet sobrietas ab-
stinentia castitas et pudicitia.
Nam si volumus nutrimentales
delectationes reprimere oportet nos tem-
perari a potu et a cibo. Tem-
perando nos a potu sumus
sobrii sicut qui excedunt in potu
sunt ebrii. Temperando vero nos
a cibo sumus abstinentes. Absti-
nentia ergo et sobrietas deser-
viunt in reprimendo delectationes
nutrimentales. Sed castitas
et pudicitia venereas delecta-
tiones refrenant. Cum enim vel tem-
perantia non est circa opera venerea
neque gestus prout ergo abstinet
ab operibus venereis dicitur esse
castus sed prout vitat et hor-
ret eos ipsos gestus [illegible]

ad venca dr esse honestus si
ne pudicicia habitus visis deleni
pt quod nos ipsos possimus facere
temperatos nam temperancia
et fortitudo quia contrario se habent
fortitudo enim est in aggredien
do terribilia sed temperancia
est in retrahendo se ab hiis
que sunt delectabilia Sicut ergo
fortitudo magis convenit in
audacia et si volumus esse ma
gis fortes debemus esse ma
gis audaces quam timidi sic tem
perancia magis convenit in in
sensibilitate Si ergo nos ipsos vo
lumus facere temperatos ad illam
partem declinandum est ut a de
lectacionibus sensibilibus caveamus Re
linus est enim carencia delectacionis
et liceitas vitare quam carencia il
liceitas insequi Declarata sunt
ergo illa quatuor que in proemio
tali proponebantur Primo enim
ostendebatur quid est temperan
cia quia est virtus respiciens delecta
tiones sensibiles et moderans in sensibilibus
Secundo declarabatur circa que
habet esse quia prior habet esse circa ta
ctum consequenter circa gustum Tercio
dicens vero circa alios sensus Quarto
manifestabat que et quot sunt
species eius quia quatuor due moderan
tes delectaciones nutrimentales
ut sobrietas et abstinencia Due
vero respicientes delectationes vene
reas ut castitas vel honestas
sive pudicicia Quinto declaratum
fuit quomodo possimus nos ipsos facere
temperatos quia hoc maxime fa
cimus a delectacionibus absti
nendo Debemus enim ut in primo
secundo Ethicorum habet pati quod se
nes troie patiebantur ad helle
nam dicentes Abiciamus eam
id est non respiciamus in eam

Probat autem
philosophus 3o Ethi
corum quatu
or rationibus quod
detestabilius est esse intempe
ratum quam timidum Prima quanto aliquis
magis voluntarie peccat tanto
magis est increpandus Rursum
quanto aliquis facilius potest bene
facere si non bene faciet magis
est detestandus et reprehensi
bilis Intemperatus ergo magis
est detestandus et reprehensi
bilis quia magis voluntarie peccat
et quia facilius est ei facere bonum
et actum temperancie quam sit ac
tum fortitudinis Quia autem ma
gis voluntarie peccat intempe
ratus quam timidus dupliciter potest ostendi
Primo quia consequenti voluptates

Intemperatas est detestabile siquidem autem et timor est tristabile magis autem quis voluntarie agit quod facit cum delectacione quam quod facit cum tristicia. Peccatus igitur per intemperanciam magis voluntarie male agit quam qui peccat ex timore. Secundo hic idem patet ex timore quia ut autem philosophus timor obstupefacit et reddit naturam immobilem et attonitam quod non facit delectatio per intemperanciam. Si quis autem est in stupore est quasi extra se ut voluntarie et deliberate autem quod agit tollerabilius quod est peccare per timore quam per intemperanciam. Cum ergo sit magis voluntarium hoc quam illud patet quod intemperatum duplex magis esse increpandum quam timidum quia magis voluntarie male agit. Sic ergo duplex potest ostendi magis ipsum esse increpandum quia facilius potest benefacere facilius enim potest acquiri temperancia quam fortitudo. Nam ut in precedenti capitulo dicebatur temperanciam acquirimus abstinendo et retrahendo nos a delectacionibus sensibilibus. Fortitudinem vero acquirere possumus aggrediendo terribilia et exigendo pugnam. Retrahi autem a delectabilibus potest fieri sine omni periculo sed aggredi terribile et exire bella sine periculo fieri non potest. Unde quod increpandus est taurus intemperancia cum

eo sine periculo possit adquiri non autem adeo increpandus carens fortitudine quia virtus illa difficilius et cum maiori periculo acquiritur. Rursus facilius potest acquiri temperancia quam fortitudo quia multa talia experimur in vita multotiens enim occurrunt nobis delectabilia a quibus abstinendo disponimur ut simus temperati. Non autem sic est de fortitudine. Nam non quolibet aggressu bellorum fiet nos fortes insi bella illa sint iusta. Sed toto tempore forte vite hominis non occurret ei unum iustum bellum. Non enim sic possumus assuefieri ad opera fortitudinis sicut ad opera temperancie. Quare exprobrabilius est nos esse intemperatos quam non esse fortes. Si igitur reges non esse viles et non esse constantem animo est exprobrabile. Patet quod est exprobrabilius ipsum esse intemperatum. Et in se quinto rem passionum possumus tamen novas rationes adducere ostendentes quod detestabile sit regem intemperatum esse.

Tangit enim philosophus 3o ethicorum de ipsa intemperancia tria ex quibus tres rationes sumi possunt quod maxime decet reges et principes temperatos esse. Est enim intemperancia ut ibi tangitur vicium maxime bestiale puerile turpe sive exprobrabile. Quod autem sit vicium bestiale maxime patet. Nam ut supra

dicebatur temperantia et intem
perantia fieri habent circa delecta
bilia tactus et gustus 2m quod de
lectari commune est nobis et brutis
Ideo 3o ethicorum dicitur quod quia tem
perantia et intemperantia est circa
delectationes quibus reliqua alia
communicant Ideo intemperati sunt
serviles et bestiales Bestia enim
quia deficit intellectu nata est quod
servile Si ergo indecens est regem
cuius est aliis dominari esse bestia
lem et servilem indecens est ip
sum esse intemperatum Secundo inte
perantia est vicium maxime pue
rile Pueri enim qui usum racionis
non habent non vivunt racione sed
passione ergo maxime videmus e
os sequi delectabilia et esse inse
quutores passionum Propter quod 3o
Ethicorum Concupiscibilem 2m quod
habet esse vicium intemperantie assi
milat pueris quia sicut puer debet
regi per pedagogum sic vis con
cupiscibilis est regenda et regu
landa per delectationes Si igitur in
decens est quod regem esse puerum
moribus et non sequi racionem sed
passiones indecens est ipsum esse in
temperatum Tercio hoc est in
decens regi quia huiusmodi vicium ma
xime est turpe et contemptibile
Homines enim intemperati quia appetunt
turpia et vilia ideo si in princi
patu sint maxime contempnuntur
quia quilibet indignatur regi ab eo quod
est intemperatus et non sequitur
racionem sed passionem Cum ergo de
decet regiam personam unde sit re
verenda et honore digna ma
xime est indecens eam esse in
temperatam Exemplum autem huius
habemus in Sardanapalo rege
qui cum esset totus muliebris
et deditus intemperantie ut
recitatur in antiquis hystoriis
non exhibat (?) (?) ut habeat collo
quia cum baronibus regni sui
sed omnes colloquiones eius erant
in cameris cum mulieribus et per litteras
mittebat baronibus et ducibus
quod vellet eos facere Accidit autem
per eum quemdam ducem (?) dum ei
serviret et fidelis rex ille non
[illegible] illi duci precepit
ut mandatur ad ipsum Dux autem
aspectus robus bellicus videns
regem suum esse totum muliebrem
et bestialem statim ipsum habuit
in contemptum et indignatus de
turpitudine eius voluit eum inva
dere Rex autem timens fugit et
quia non credebat se posse fugere ma
nus illius ducis clausit se in do
mo quadam et cum toto tesauro
suo et omnibus supellectibus suis se
combussit Sensibiliter enim videmus
quod dediti voluptatibus sensibilibus
contempnuntur immo quia intempera
ti iniuriantur aliis in personis ma
xime coniunctis ut in uxoribus et
in filiabus maxime provocant

Alios contra se. Et quia potis-
sime cavendum est regibus et prin-
cipibus ne furor populi irritetur
contra eos, ergo maxime expedit eos
temperatos esse

Primo ergo dicemus de virtutibus
respicientibus bona utilia et post-
ea de respicientibus bona hone-
sta. Incipit enim nostra cognitio a
sensibilibus, sed ergo bona utilia sensibili-
ora sint quam honesta. Primo deter-
minandum est de virtutibus bona
utilia respicientibus. Et circa bona
utilia ut determinari habet 4to Ethi-
corum est duplex virtus magnificen-
tia et liberalitas. Hee enim due
virtutes respiciunt sumptus et pecu-
niam, sed non eodem modo. Nam liberalitas
que alio modo largitas nuncupatur
dicitur respicere sumptus mediocres.
Magnificentia vero dicitur respi-
cere magnos sumptus. Quod quomodo sit
intelligendum in prosequendo patebit. Si ergo
in faciendo sumptus contingit de-
ficere, quod facit avaricia, et superha-
bundare, quod facit prodigalitas, quia
utrumque est contra rectam regulam ra-
tionis, oportet dare virtutem aliquam
mediam inter avariciam et prodigali-
tatem. Huiusmodi autem virtus est ~~prodiga~~ libera-
litas. Nam sicut fortitudo que est media
inter timores et audacias, ideo est
virtus refrenans timores et audaci-
as moderans, ita liberalitas que est
media inter avaricias et prodigali-
tates, ideo est virtus refrenans avari-
cias et prodigalitates moderans.
Consistit autem huiusmodi virtus in re-
cto usu pecunie. Ad rectum autem usum pecunie
tria requiruntur. Primo quod non accipiat

ea unde non debet. Secundo ut acci-
piat unde debet. Tertio expendere
sicut debet. Spectat enim ad libe-
ralem non usurpare alienos re-
ditus et custodire proprios. Non licet
liberalis non diligat pecuniam tamen
secundum se sed ut eam ordinet ad debitos
sumptus. Tamen ut possit sumptus
facere non debet proprios redditus in-
aniter dispergere. Non ergo usurpare
redditus alienos habere debitam
curam de propriis et exercere debitos
sumptus facere sunt illa tria circa
que videtur esse liberalitas. Non
est autem circa hec tria principaliter et
primo. Nam circa expendere et circa
debitos sumptus facere est liberalis
principaliter et primo. Circa autem proprios
redditus custodire et circa non accipere
alienos est ex consequenti. Usurpans
enim bona aliena et non accipiens
ea sicut debet minus videtur a-
vidus pecunie. Propter quod philosophus quarto
Ethicorum usurarios lenones et vi-
ventes de meretricio expoliatores
mortuorum et aleatores dicit esse tur-
pia lucra. et omnes tales appellat
alea illiberales. Aleator enim et omnis
lusor taxillorum illiberalis est. lu-
cratur enim ab amicis quibus oportet
benefacere. Est ergo circa accipere
liberalitas unde non debet. Non
tamen est circa hec principaliter. Non acci-
pientes unde non debent magis
sunt iniusti quam illiberales ut vult philosophus
quarto Ethicorum. Tertio non est libe-
ralitas principaliter circa accipere unde non debet

Sed est principaliter circa expendere quo
debet. Nam propter quod unumquodque et
illud magis. Si enim liberalis
conservans proprios redditus et accipit
unde debet hoc ideo facit ut pos-
sit ex propriis redditibus bene facere
debitos sumptus et expendere sicut
debet. Merito liberalitas princi-
paliter est in expendendo et in be-
nefaciendo aliis. Exigitur autem circa custo-
dire proprios redditus et circa non usur-
pare alienos. Probat enim philosophus
quarto Ethicorum communiter omnibus. libe-
ralitatem magis esse circa expendere
et circa benefacere aliis quam circa proprios
redditus custodire. Liberalitas
enim ut dictum est esse habet circa de-
bitum usum pecunie. Uti autem pecu-
nia est expendere eam et conferre
eam aliis. Custodire autem proprios re-
ditus non est uti pecunia sed magis
est acquirere et custodire ipsam. Propter
quod patet liberalitatem magis
esse circa expendere et circa tribuere
pecuniam aliis quam circa proprios redi-
tus custodire. Secundo hoc idem
patet quia ad virtutem pertinet ut pre-
stat facere magis bonum. Magis
autem bonum est bene facere quam bene
pati et bene operari quam turpia non
operari. Cum autem debite expendit
et aliis bona largitur benefa-
cit. Custodiens vero proprios redditus
et accipiens pecuniam a propriis
possessionibus bene patitur si-
ve bene recipit eo modo quo

Debet non usurpare et aliena non
operatur turpia. Si ergo melius est
bene agere quam non male facere vel
quam bene pati melius est bene expe-
dere quam aliena non usurpare vel
quam propria custodire. Tertio hoc idem
patet quia circa illud magis consistit vir-
tus circa quod contingit maior
laus. maior autem laus contingit in
bene expendendo quam in custodien-
do propria vel non usurpando aliena
ergo liberalitas ergo principalius consistit in
debite expendendo et bene facere
de aliis. Quarto hoc idem patet
quia virtus principalius est circa difficilior
difficilius autem est dona aliis tri-
buere quam proprios reditus custodire
vel quam aliena non usurpare. Nam
custodire propria enim se non est diffi-
cile quia unusquisque naturaliter inclinatur
ut se diligat. et ut sua bona
custodiat. Dare autem propria bona
in se difficultatem habet quia
propria bona sunt aliquid ad nos perti-
nens et naturaliter afficimur ad illa. Im-
mo avari adeo afficiuntur ad ista
exteriora bona ut pecuniam quam
habent reputent aliquid incor-
poratum sibi. Videtur enim eis quod
quod recipitur pecuniam ab eis quod
aliquid accipiatur de ipso corpore
quia ergo propria bona sunt quasi nobis con-
iuncta. Aliena vero sunt disiunc-
ta non est adeo difficile non usur-
pare aliena ad que non ita affi-

cimur quia non sunt nobis coniuncta
sicut est difficile dare propria ad
que magis afficimur quia nobis
quodammodo coniunguntur. Quare
circa debite expendere et circa aliis
bona tribuere principaliter consistit
liberalitas. tamen circa magis diffi-
cile. Quinto hoc idem patet quia cum
liberales maxime amentur circa
illud maxime consistit liberalitas
quod quis agendo maxime dat
[illegible] aut maxime amatur quis
si non aliena bona non surripiat
vel si proprios reditus custodiat. sed
maxime diligitur si ex propriis redi-
tibus debitos sumptus faciat et
bonis et dignis maxima bona
tribuat. Qualiter in bene expende-
do et aliis bona tribuendo principaliter
liberalitas consistit. Viso quid est
liberalitas quia est virtus refrenans
audacias et moderans prodigali-
tates. et ostenso circa que habet esse
quia principaliter est circa debitos sumptus
et circa debitas donationes. ex consequenti
autem est in custodiendo reditus pro-
prios. et non in usurpando alie-
nos. de leviter patet quomodo possu-
mus facere liberales. Nam sicut forti-
tudo quia plus opponitur timori quam
audacie faciamus nos metipsos for-
tes declinando ad audaciam. ita quia
potius plus audeas quam minus
sit quia liberalitas magis opponitur
audacie quam prodigalitati declinan-
dum est magis ad prodigalitatem
et magis debemus superhabundare
in dando quam deficere



Vult enim philosophus
4o Ethicorum
liberalitatem
non esse in mul
titudine datorum sed in habitu qui
est in facultate et in voluntate
dantis. Nam ut ibidem scribitur
nihil prohibet minora dantem
liberaliorem esse si a minoribus
accipiat. Liberalitas ergo mensu
ram recipit ex proportione da
torum et ad possessiones dantis.
Propter quod philosophus ait tyrannos non esse
prodigos quia non videntur posse
superhabundare multitudine possessi
onis dationibus et expensis. Cum
cum igitur hii tot et tanta re
cipiunt quibus dationes et expense
possessionum multitudinem superare
non possunt quodammodo prodigos
esse non possunt. Reges igitur et prin
cipes qui multitudine possessionum super
habundant non solum quod possunt
esse prodigi sed vix possunt attin
gere ut sint liberales. Semper ergo
cogitare debent quod minora faci
unt quam deceat. Ex hoc autem a
parere potest quam indecens sit eos es
se avaros. Nam si regimen eorum
debet esse naturale debet provo

conari huius que videmus in natu
ralibus. Cum in naturalibus enim nichil est otiosum
ut probant philosophica dicta. Ergo nec
in regimine vite humane aliquid
otiosum esse debet. Quare cum natura
humana modicis sit contenta quia
uni persone modica sufficiunt
quia si una aliqua persona mul
titudine divitiarum superhabun
dat, otiose sunt ille divitie si
non ordinantur ad bonum aliorum.
Quanto igitur reges et principes
pluribus divitiis superhabundant
tanto detestabilius est eos avaros
esse. Probat autem philosophus 4 Ethicorum
triplici ratione quod avaritia peior
est prodigalitate. Propter quod omnino
detestabile est reges et princi
pes esse avaros. Tantum enim fugi
enda est avaritia a principibus
quod si possent esse prodigi melius
esset eos esse prodigos quam avaros.
Quemadmodum enim quod melius est infirma
ri morbo curabili quam incurabili.
Prodigalitas autem est morbus
curabilis non ab etate non ab e
gestate. Nam qui prodigi sunt
in iuventute quia senes avari
ores sunt iuvenibus cum veniunt
ad senectutem ut plurimum curatur
eorum prodigalitas et desinunt
esse prodigi / avari et potest ab
egestate. Nam qui prodigi sunt
ut plurimum egent quia expense su
perhabundant redditibus. Ex ipsa
ergo igitur indigentia innituntur

vt no sint prodigi Est igitur
2m p[hilosoph]um prodigalitas morbus
curabilis vel ab etate vel ab egre
state. Sed auaricia est morbus
incurabilis. quia quanto quis plus
procedit in auaricia. et quanto plus
senescit tanto magis auarus
efficitur Si ergo caput regni a quo
totum regnum debet dirigi inde
cens est egrotare 2m mores mor
bo incurabili: ualde detestabile est
regem esse auarum. Patet enim
quod melius esset eum esse prodi
gum Tercio hoc idem patet
quia prodigalitas magis est pro
pinqua virtuti quam auaricia Nam li
beralitas non libenter recipit sed
libenter dat. quorum vtrumque facit
prodigus. neutrum tamen facit aua
rus

Auare non prodigus non sit ama
tor pecunie sic nec liberalis de
berit quis sic est prodigus fieri
poterit liberalis. Si ergo detestabile est
valde regem esse vitiosum. tanto
detestabilius est ipsum esse aua
rum quam prodigum. quanto auaricia
a pluribus contrariatur virtuti quam pro
digalitas. Tercio hoc est dete
stabilius quia rex positus est in re
gno propter salutem regni vt prosit

huius qui in regno sunt Auarus
autem nulli prodest quia nec sibi ipsi
necessarius est. prodigus autem necessarius est
aliis ergo detestabile est regem esse
auarum Huius quia quamvis male
est reges esse prodigos et quasi de
testabile est valde eos esse auaros
Restat ergo unde quod deceat eos esse
largos. liberales et condecentes
sed enim virtus que est circa sumptus
per quandam similitudinem dicitur largi
tas. liberalitas et comitabilis
largitas enim dicitur ad similitudinem va
sorum. vasa enim lignea ex aceto
sorum habundancia emittunt quod est
in habundancia ergo in sumpti
bus. habundancia ergo in sumpti
bus et dacionibus dicitur largus
quia ad modum largi vasis habun
de emittit que continet. Cum
ergo tanto deceat sonte habere
largus quanto circa plures parti
cipare debent. tanto decet re
gem largiore esse quanto influe
ncia eius ad plures extendenda
est quam influencia aliorum. Sed
singuli virtus dicitur liberalis quia vol
lentes ea sunt ad similitudinem
liberorum Auari enim non sunt liberi
sed sunt servi pecunie Auare
sit indecens est reges et princi
pes esse servos Conveniens est eos
esse liberales. quarto singularis virtus
dicitur amicabilitas quia per eam homines
comitant sua bona pro quod comu
tacionem aliis potissime diligitur

Quia liberales sunt potissime ama-
biles. Tenemur sic maxime decet re-
ges et principes ut sint dilecti
a civibus qui sunt in regno maxi-
me decet eos esse liberales. Spe-
ctat autem ad liberalem primo respi-
cere quantitatem dati ut non det plus
nec minus quam debeat. Secundo debet re-
spicere quibus det ut non det quibus
non oportet. Tertio videndum est cuius
gratia det ut det boni gratia non
propter aliquam aliam causam. Reges
autem et principes tripliciter possunt de-
viare a liberalitate in dando
plus quam magnitudo expensarum
vel propter excedere multitudinem reditu-
um. Primo si contingat liberalem
dare plus quam debeat ut propter velle
moderate tristabitur. Quia magis
conatur liberalis si det minus
quam debeat. vel si non expendet ubi
oportet. Secundo si non expendat ubi non
oportet. Deviant etiam a liberalitate
reges et principes in dando quibus
non oportet vel cuius gratia non oportet. dant
enim ut propter ait histrionibus et a-
dulatoribus non aliis quibus non oportet
dare. quia magis decet eos esse
pauperes quam divites. Sic etiam dant
cuius gratia non oportet. Non enim dant
boni gratia. sed magis dant ut lau-
dentur. et propter inanem gloriam
vel propter aliquam aliam causam. De-
cet ergo reges esse liberales et
ut liberales oportet eos dispensare
bonos et boni gratia

Dicebatur supra
circa sumptus esse
duplicem virtutem
unam quae respi-
cit moderatos sumptus quam
liberalitatem vocant. aliam quae re-
spicit sumptus aliquos magnos quam
magnificentiam nominant. Sed
quia magis et minus non videntur
diversificare speciem et naturam rerum
ut vult philosophus secundo politicorum. non videtur
sufficienter distingui magnifi-
centia a liberalitate per hoc quod haec
est circa magnos sumptus illa
vero circa mediocres. Dicendum ergo quod
de ratione virtutis est quod sit circa bo-
num et difficile. Quare cum in
maioribus sumptibus reperiatur
specialis ratio bonitatis et diffi-
cultatis quae non reperitur in me-
diocribus sumptibus. dici debet
magnificentiam quae est circa magnos
sumptus esse virtutem aliam a li-
beralitate quae est circa mediocres
sumptus. vel possumus dicere quod
sumptus ad duo comparari possunt
videlicet ad facultates eius qui facit
sumptus et ad opera in quae il-
li sumptus expenduntur. Erit
ergo circa pecunias duplex virtus.
una quae comparat datas et expensas

facultatibus et hec est liberali
tas ideo dicitur esse liberalitas circa
mediocres sumptus non secundum se
sed per comparationem ad dantem et ad
facientem sumptus Ideo largitor
multorum posset esse avarus si ea
multa non equarent faculta
tibus dantis Dicebatur enim su
pra non esse liberalitatem in mul
titudine datorum. liberalis ergo
adequat datos et sumptus fa
cultatibus. sed magnificus vult
proportionare sumptus operibus
ubi et nomen accepit ab ipsa fac
tione et ab ipso opere denominatur
magnificentia. dicitur enim magni
ficus quasi magna faciens Inde
est ergo quod quia in quocumque statu sit
sit et quascumque facultates ha
beat sive multas sive medio
cres difficile est bene uti illis et
bene equare sumptus faculta
tibus ideo liberalitas se extendit
ad mediocres sumptus sumptus
enim non prout considerantur secundum se
sed ut proportionantur facultatibus
Si autem considerantur sumptus
secundum se sic liberalitas est circa ma
gnos sumptus. si faciens eos
multas habeat facultates et est
circa mediocres si faciens sum
ptus illos mediocribus faculta
tibus habundet. sed si sumptus non
considerantur secundum se sed ut propor
tionantur facultatibus. sic liberalis

est semper circa mediocres sumptus
Nam sicut parvi sumptus sunt
mediocres et proportionati paupe
ribus. sic magni sunt mediocres
et proportionati divitibus. sed quia
liberalitas non respicit sumptus
secundum se sed ut proportionantur facul
tatibus non dicitur esse circa magnos
et mediocres sumptus sed circa
mediocres tantum. liberalitas ergo
que respicit sumptus proportio
natos facultatibus se extendit ad
quascumque facultates. quia est in
mediocribus facultatibus difficile
est bene se habere in illis magni
ficentia enim respiciens sumptus
ut sunt decentes operibus non re
spicit quecumque opera quia non est dif
ficile facere decentes sumptus
in quibuscumque operibus sed in ma
gnis ideo magnificentia a ma
gnis faciendis et magnis o
peribus sumpsit nomen In magnis
autem operibus contingit aliquos de
ficere quia non intendunt ut magna
opera faciunt sed modo parum expe
dant et tales vocant parvifici
Aliqui vero etiam in magnis operibus
plus expendunt quam opera illa re
quirant. et tales vocantur consuma
tores. Philosophus vero vocat eos ban
nausos id est ignes et fornaces
quia tales sicut fornax omnia consu
munt. Circa vero operibus fa

decentes sumptus et tales sunt
virtuosi et vocantur magnifici.
Erit igitur magnificencia media
inter parvificenciam et consumpcionem sicut
liberalitas est media inter avariti
am et liberalitatem. Patet ergo quid
est magnificencia. Nam sicut libe
ralitas est reprimens avaricias
et moderans prodigalitates sic
magnificencia est reprimens parvi
ficencias et moderans consumpciones.
Et sic liberalitas est fa
ciens sumptus et datas proporcio
natas facultatibus sic magni
ficencia est faciens decentes sumptus
magnis opibus. Viso quid
est magnificencia. restat videre circa que
habet esse. hoc enim contingit ad parvus
ad communitatem vel comparari vel ad ipsum
deum. ad totam communitatem. ad aliquas
speciales personas. et ad seipsum.
Magnificus enim circa omnia ista
decenter se habere debet. nam primo
habet intendere debet circa omnia ista
nam primo et primo homo debet esse
magnificus circa divina con
stituendo si facultates exigunt
templa magnifica. sacrificia
honorabilia. preparatores dignos.
Ideo dicitur quarto ethicorum quod honorabiles
sumptus quos debet facere ma
gnificus sunt circa deum. Secundo
spectat ad magnificum si assit
facultas facere decentes sumptus
circa totam communitatem. Nam ipsum bo
num commune quodammodo divinum est. unde
philosophus ait quod dona communia habent
aliquid simile donis sacratis. bo
num enim divinum in una persona
singulari valde debiliter reperi
tur. sed in tota communitate pul
cerius lucescit divinum bonum.
Tercio magnificus se decenter
habere debet circa aliquas personas
speciales ut circa personas honore
dignas. nam in hoc potissime
apparet magnificentia. quod
quibus magnum facit. hiis qui
sunt magnis digni. Quarto
debet se habere decenter magni
ficus circa personam propriam. debet
enim quilibet se magnifice habere
circa magna opera virtutum proprie
persone. magna autem opera
possunt dici illa que durant
per totam vitam tamquam si sunt domus
et edificia. vel que fiunt raro
in tota vita tamquam si sunt nu
ptie et milicie. Decet enim
magnificum ut dicitur in ethicorum ha
bitaciones preparare decentem. ma
gis autem debet intendere quod decet
facere admirabiles et durabiles
domos. tamen quod faciat eas so
phisticas et apparentes. sic
eciam decet magnificum nupci
as et milicias et talia que
raro occurrunt magnifice facere

patz igitur circa quid est mag-
nificencia quia est circa sumptus
decenter magnus operibus prin-
cipaliter est circa magnos sumptus
impensos erga diuina et er-
ga totam comunitatem et quia
vero est erga magnos sumptus
impensos circa personas dignas
et circa serpum. Ostenso quid
est magnificencia et circa que
habet esse. Deleri patz quo
possimus nos ipsos magnifi-
cos facere non sic liberalitas
plus contrariatur auaricie quam pro-
digalitati sic magnificencia plus
contrariatur paruificencie quam consump-
tioni. Nos ergo ipsos si facul-
tas assit faciemus magnificos
declinando ad consumptionem ut
et in magnis operibus potius
superhabundent sumptus quam de-
ficiant



tangit ad
phus in
eth sex p-
prietates
ipsius paruifici que si mes-
sent regibus maxime de-
regarent regie maiestati

ctima proprietas est quia circa omnia
deficiat quod et ipso nomine patz
esse enim paruificum est facere parua
et declinia. Alia proprietas est quia
si contingat paruificum et mag-
expandere parum perdit magnum
bonum. Pro ut et probiat dicit quod vi-
les homines nuptias et conuiuia
perdunt pro denariata piperis
dum enim circa magnum conuiuium
non faciunt magnos nec decen-
tes sumptus volentes parce mo-
dice expendere totum conuiuium in-
decens redditur. Tercia est quod que-
cumque facit paruificus semper facit
tardans videtur enim ei quod re-
mouere pecuniam a se est absci-
dere membra a proprio corpore. Et
sicut dato quod necesse sit aliquem
mutilari et membri mutilacionem
illam et incisionem tardat subter-
fugit quantum potest, sic dato quod paru-
ficum oportet expensas facere tamen il-
los sumptus tardat et subter-
fugit quantum potest. Quarta est
quod paruificus non intendit quod velle
faciet magnum opus ut quilibet
faciat magis largiter vel quod
faciat decentes nuptias sed tota
sua intencio est quo faciat paruos
sumptus. Est enim proprietas paruifi-
ci ut appetitur plus premium

quam opus illud maiori diligentia
perficit quod modicum expandat
quam faciat magnum opus. Quinta
condicio parvificus est ut semper expen-
dat cum tristicia et dolore. Di-
cebatur enim quod parvificus reputat
exteriora que habet quasi sibi
incorporata et quasi pertinentia ad
substantiam suam. Et quia sic afficitur
ad ea et ita existimat se illis,
ideo sicut in incisione corporis
propter divisionem continui resultat
ibi tristicia et dolor, sic in
separatione pecunie quod fit per
expensas, quia est ibi quedam
divisio continui eo quod parvificus
reputat suam pecuniam quasi sibi
incorporatam et continuatam, non
potest eam expendere et eam a se
removere sine tristicia et dolo-
re. Concordat enim in hoc parvificus
cum avaro quia omnis parvificus a-
varus est sicut omnis magnificus
liberalis. Sexta est quia cum parvi-
ficus modicum faciat, videtur sibi
quod semper agat maiora quam debe-
at. Dictum est enim quod parvificus
plus appreciatur pecuniam quam
dationes et sumptus que sunt
opera virtutum. Pecuniam enim re-
putat quasi carum. Opera
vero virtutum estimat quasi vile
et non appreciatur ea. Cum ergo
vix posset aliquis tam modicum
dare de caro dato et quod nil
tantum recipiat de vili, quin vide-
atur plus dare quam debeat.
Cum propter parvificentiam ita modicum
sumptum faciat erga virtutum
opus, quod semper videatur
ei quod agat maiora quam debeat.
Quare si detestabile est regiam
maiestatem circa omnia deficere ma-
gna bona pro modico perdere,
semper tardare et nil perfec-
te facere, nisi intendere quod fa-
ciat magna virtutum, sed quod mo-
dicum expandat, semper facere
sumptus cum tristicia et dolore
et cum nil faciat credit se
magna operari, que omnia hec
valde derogant regie maiesta-
ti, omnino detestabile est regem
esse parvificum. Quod autem deceat ipsum
esse magnificum sufficienter probant
superiora dicta, in quibus ostendeba-
tur circa que magnificus habet esse. Dice-
batur enim magnificentiam potissime esse
circa divina et communia, circa vero
circa personas dignas et circa se
ipsum. Cum igitur rex sit caput
regni et sit persona honorabilis
reverenda et publica, et ad
ipsum pertineat distribuere bona
regni, maxime decet ipsum esse

magnificam lucet quod est caput regni
et in hoc gerit dominium re
gni regnum qui est caput et prince
ps vniuersi magis spectat ipsum
magnifice se habere circa templa
sacra necnon erga spatiosas domos
Secunda vero est persona publica
ad quam ordinatur tota ciuitas
et totum regnum magis spectat
ad ipsum magnifice se habere circa
bona communia et circa ea que totum
regnum respiciunt. Rursus
quod ad ipsum spectat distribuere
bona regni. ideo decet enim
magnifice se habere erga per
sonas dignas quibus digne
competunt illa bona. Tamen
plus quod decens est regia per
sona debet esse reuerenda
et honore digna. spectat ad
ipsum magnifice se habere ad pro
priam personam. et erga personas
sibi coniunctas ut erga uxorem
et filios. struendo habitaciones ho
norabiles. faciendo nuptias
decentes. extendo milicias
admirabiles

Philozophus
iiii ethicorum tan
git quod proprietates
tes magnifi
ci modo de magnificencia quibus
habere decet reges et principes
Prima est quod magnificus assimila
tur scienti Dicebatur enim
spectare ad magnificum in magnis
operibus facere decentes sumptus
cognoscere autem quibus magnis
operibus qui sumptus sint conue
nientes hic autem esse non potest
nisi polleat sciencia et intellectu Secunda
proprietas magnifici est facere ma
gnos sumptus ut non ostentet se
ipsum. sed boni gracia Est enim
hic commune cuilibet virtuti agere non
propter fauorem vel propter gratiam ho
minum sed gracia boni. Specialiter
tamen hoc decet esse proprium magnifice
ncie secundum eum in operibus magnificis
ut eum quibus magnifice se habet
erga cultum diuinum et erga rem
publicam et circa personas dignas
maxime ut cum appareat gloriosus
et maxime ut cum ab hominibus
laudetur Difficile est in talibus
non querere humanam laudem. et
quia virtus est circa bonum et dif
ficile ideo maxime spectat ad
magnificum in suis magnificis
operibus et distribucionibus

sumat intendere bonum et non
gloriam vel favorem hominum. Tertia pro-
prietas magnifici est facere
sumptus et distributiones de-
lectabiliter et prompte. Nam qui
prius quam sumptum faciat diu ra-
tiocinatur et computat minutias et
pensas inquirit et non delecta-
biliter et prompte largitur, que
largiri debet non est magnificus
sed parvificus. Ideo dicitur in ethicorum
quod diligentia ratiocinii est parvifi-
ca. Quarta est magis intendere
de quali faciat opus optimum
et decentissimum quam qualiter et quantum
sumptum faciat ad opus, ut si
debet aliquis magnificus aliquod
templum construere ad honorem dei
vel aliqua dona conferre per-
sonis dignis magis intendat
quod templum sit admirabile et quod
pulchrum et quod dona illa sint
magna et decentia quam quot et
quanta numismata erat ipsum con-
sumere pro huiusmodi opera. Quinta
proprietas est quod magnificus est excellenter
liberalis. Nam omnem est magnificum
esse quod habundat liberalem
nam ut infra probabit magnificentia
est quasi perfectio et quidam ornatus li-
beralitatis, sicut magnanimitas est
quasi perfectio et quidam ornatus omnium vir-
tutum. Cum enim magnificus sit re-

qui in magnis sumptibus operibus fa-
cit decentes sumptus, si facere
decentes sumptus est esse libera-
lem, facere maximos decentes
sumptus quod facit magnificus
est esse maxime liberalem. Sexta
proprietas magnifici est ab equa-
li sumptu facere opus magnifi-
centius. Parvifici enim quia se intro-
mittunt qualiter parcant, in modo ut
dicebatur pro modico multum
perdunt. Magnificus vero econtra-
rio est curare de ratiocinio ab equa-
li sumptu facit opus magis
magnificum quia non parcit decenti-
bus sumptibus. Contingit enim
avarum plus expendere in aliquo
negotio quam liberalem. Nam quia sub-
mittitur avarus aliquas decen-
tes expensas subtrahere si modi-
ce sint et parvi valoris, ideo
opus ubi multum expendit inde-
center facit. Quare ab equali
sumptu vel etiam alio modo libera-
lis vel magnificus facit decen-
tius opus quam parvificus vel ava-
rus. Has autem proprietates debe-
re inesse regibus et principibus
videre non est difficile. Principes
maxime debent esse scientes
et cognoscentes qui sumptus
quibus operibus decent. Ad eos
autem maxime spectat facere ma-
gnas largitiones et excellentes

sumptus bonum quod ipsi magis
debet bonum intendere quam totum
debet regnum in bonum dirigere, sic
et ad eos spectat delectabiliter
et prompte sumptus facere. Nam
ut supra dicebatur quod modicis
natura contenta est, possent
sumere nisi quia eis fiant debi-
te largiores et decentes sumptus.
Quanto igitur reges et principes
magis habundant facultatibus
et diviciis tanto magis decet
eos ampliores redditus facere
et magis delectari et prompte ex-
pendere. Decet enim reges et
principes magis intendere quomodo
faciant excellencia opera virtutis
quam quomodo parcant minimis et expen-
sis. Oportet ad eos excellentes esse
liberales et semper facere magnifi-
ca. Amplius ergo proprietates magni-
fici amplius et perfectius decet
ipsos reges habere quam alios et prius
iiii Decet vel quia non quilibet posset
esse magnificus quia non quilibet
potest facere magnos sumptus. Sunt
ibidem quod tales debent esse nobiles
et gloriosos. Ex natura quanto rex
est nobilior aliis tanto decet in
ipsum magis pollere magnificencia et
habere proprietates magnifici

Bonorum ex-
teriorum ut
supra dicebatur quedam sunt
utilia ut pecunie et ulterius quantitates
que mensurari numismate que-
dam vero sunt bona honesta cuius-
modi sunt honores. Sic igitur
circa bona utilia est duplex virtus
una respiciens magnos sumptus
ut magnificencia et alia que re-
spicit mediocres ut liberalitas.
Sic circa ipsa bona honesta est
duplex virtus. Una que respi-
cit magnos honores ut magna-
nimitas et alia que respicit
mediocres, que communi nomine potest
dici honoris amativa. In ma-
gnis autem honoribus quidam se possunt
habere tripliciter. Nam quidam in ta-
libus deficiunt ut pusillanimes.
Quidam vero superhabundant ut pre-
sumptuosi. Quidam autem se habent
sicut decet ut magnanimi. Videntur
enim aliquos aptos ad magna po-
tentes magna et ardua. Ex
quadam autem pusillanimitate du-
cti retrahunt se ab huiusmodi dicti
magis tales ergo in talibus defici-
unt. Sed quidam ergo in talibus
superhabundant ingerentes se in
aliqua que complere digne non
possunt quos philosophus vocat Chaymotes
id est fumosos et ventosos. Nos autem
eos presumptuosos vocare possumus

Magnanimus ergo medius est inter
pusillanimem et presumptuosum
quia cum se trahit ad arduis ope-
ribus que digne potest agere inter
pusillanimus non se ingerent ad
ea que digne complere non potest
inter presumptuosus Ex hac ma-
nifeste patet quid sit magnanimi-
tas quia sicut liberalitas que est me-
dia inter avaricias et prodigali-
tates id est virtus que reprimens
avaricias et moderans prodigali-
tates. sic magnanimitas que est
media inter pusillanimitatem
et presumptionem est virtus que repri-
mens pusillanimitates et mo-
derans presumptiones Viso
quid sit magnanimitas videre
in parte circa que habet esse vide-
tur autem philosophus in ethicorum velle ma-
gnanimitatem esse circa honores circa
divicias et principatus. et ulterius
circa omnia fortuna et infortunia
non tamen est ex principali circa ista
circa ista quia magnanimitas principaliter
est circa honores. et non circa hono-
res mediocres sed circa honores ma-
gnos. ex consequenti autem est circa
divicias et principatus et circa
fortunia et diffortunia nam
inter omnia bona exteriora ma-
ximum est honor Divicie enim
et principatus et alia exteriora
bona non sunt tantum bonum sicut
honor est inter plurimum homines

hec ordinat ut consequatur hono-
res sicut ergo dicebatur de for-
titudine quod principaliter erat circa pericula
bellica quia illa sunt difficiliora
ex consequenti autem erat circa pericula alia
ita quod fortes et in aliis periculis
decent se habere sic magnanimi-
tas principaliter est circa honores tanquam
circa maxima bona exteriora
et ex consequenti circa divicias et
principatus et circa alia exteriora
ita magnanimus decent se
habere in possidendo divicias et
principatus et in tollerando for-
tuna et infortunia Magnani-
mus enim est sicut homo qui mediocriter
decitur Si enim honoratur
vel si magna ei fortuna oc-
currit non extollitur. Si autem
inhonoratur et magna infor-
tuna veniet super ipsum non dei-
icitur In qualibet enim statu non
inter magnanimus se decent habere
Ad pusillanimitatem enim pertinet
nescire fortunas ferre Ideo
Andronicus peripateticus ait opus
pusillanimitatis esse que neque
honorem neque inhonorem
neque bona fortuna neque in-
fortunia possint ferre: Sed
honoratio quod intumescit et
paruo bene fortunatur extolli
Ostenso quid sit magnanimitas

et cetera que habet esse restat
ostendere quod nos ipsos possimus
magnanimos facere Duo autem sunt
que nos ad magnanimitatem
inducunt. est parum appreciari exteriora
bona quecumque sint illa
sive sint honores sive principatus
sive divicie sive quecumque
huiusmodi alia bona secundum
est cum pusillanimitatem nescire
fortunas ferre sed ex modicis
fortunis extolli. ex infortuniis
vero deprimi. magnanimi quidem non
sic. sed ut dicebatur novit fortunas
ferre et in quolibet statu
sicut se decet habere causa autem
quare quis nescit fortunas
ferre est quia nimis appreciatur
exteriora. ideo quando aliquid de hiis
bonis acquisivit videtur ei totum
acquisivisse et intumescit Quando
vero aliquid de eis perdidit videtur
ei totum perdidisse et deicitur Unde
si appreciamur opera virtutum
et non appreciamur exteriora bona
nisi inquantum sunt organa ad
virtutes cum animo magnanimi
et sciemus fortunas ferre quia
si augebuntur in divitiis et
in exterioribus bonis non extollemur
cum non reputemus talia
esse simpliciter maxima bona et
si contingat nos infortunari circa
ea decenter tollerabimus cum non
multum reputemus ipsa

Recitat autem
philosophus in ethicis
multas proprietates magnanimitatis
quas enumerare possimus Sed
quas reges et principes habere
debent ut sit prima proprietas magnanimi
bene se habere circa pericula
bene autem se habere circa ea est
non esse amatorem periculorum
nec se exponere pro parvis periculis
sive pro magnis nisi propter
hoc ex quibus possit consurgere magna
utilitas. cum autem sic se exponit
periculis adeo debet esse constans
in suis negociis ut etiam
si videret expedire non parcit
vite ut ait philosophus in ethicis Secundo
competit magnanimo bene se habere
circa retributiones magnanimi cum parum
appreciatur exteriora et multum appreciatur
opera virtutum. propter quod quia
esse plurimum retributivum est facere
opera virtutum. convenit magnanimo
esse plurimum retributivum ut dicitur
in ethicis Tercio spectat ad ipsum
esse paucorum operativum dictum est enim
magnanimum esse circa magna ut
circa ea ex quibus consurgere possunt magni
honores. talia non multociens
occurrunt ideo decet magnanimum esse
paucorum operativum. Quarto decet

Bona

magnitudo esse aptus ut sit veri dicus et sit manifestus odiator et amator et magis curare de veritate quam de opinione ut patet vult 4o ethicorum Quinto spectat ad magnanimum ut non sit ei cure quod laudetur nec quod alii vituperentur Nam cum talia non sunt exteriora bona eo pertinent ipse non multum curat de eis quod ut dicebatur modicum appreciatur exteriora bona Sexto spectat ad ipsum non esse plangitivum neque deprecativum et maxime non debet esse talis circa exteriorum bonorum Cum enim contristatur de exterioribus bonis non aliter deprecatur ut ea acquirat quodammodo pusillanimus est quod nimis appreciatur exteriora bona dicente seneca quod nichil carius emitur quam quod precibus comparatur. Has autem proprietates narratas a philosopho si bene intelligantur decet habere reges et principes Decet enim reges non se exponere pro quibuscumque periculis nisi pro negotiis arduis ut pro defensione fidei non pro tuitione regni si non occurrat casus adeo arduus quod rex suo gente nec et seipsum debeat exponere periculis. ita debet esse constans et magnanimus ut pro bono divino et communi paratus sit vitam exponere Secundo decet reges et principes esse plurimum retributivos. quod quanto sunt in altiori gradu quam alii et quanto plus affluunt diviciis tanto

alii tanto in opibus studiosi et retributionibus debent alios superare Tercio decet eos esse paucorum operativos Negotia enim ardua pauca sunt respectu aliorum. Non autem decet reges et principes omnia negotia quantumcumque modica expedire per seipsos. Nec decet eos omnium operativos esse. sed ut possint liberius intendere expediendi magnorum negotiorum que sunt pauca. Debent alia minora negotia aliis committere que sunt multa. Quarto decet eos esse apertos et esse veridicos cum sint regula aliorum. quam obliquari et falsificari non debet decet. Decet etiam eos esse manifestos oditores et amatores ut manifeste odiant vicia. persequantur malos et non permittant maleficos vivere. et aperte diligent bonos et foveant eos quod hoc modo magis inducent totum populum sibi commissum ut sit iustus et virtuosus. Quinto decet reges et principes non curare ut laudentur ab hominibus Nam positi in dignitatibus multos habent adulatores et loquentes eis placentia Si autem talibus adulatoribus credant contingit eos non agere in legem et rationem. sed in passiones et voluntatem. tanto igitur reges et principes et viri omnes existentes in dignitatibus minus debent credere de laude hominum

quanto plures habent adulatores qui eos laudando conantur eos pervertere. Sexto quia reges et principes deberent sibi esse sufficientes in exterioribus bonis ut declarabitur in tertio ubi agetur de regimine regni. Igitur non decet eos esse plangitivos neque deprecativos pro exterioribus bonis. Omnes ergo assignate proprietates competere debent regibus et principibus quare decet eos esse magnanimos.

Amatores aliquando vituperantur aliquando vero laudantur ut vult philosophus quarto Ethicorum. Interdum enim amatores honoris quandoque duces videmus non curare de honore suo. Rursus quandoque vituperamus ambiciosos laudamus non curantes de honore suo. Curare igitur de honore suo uno modo est laudabile et alio modo vituperabile. Non curare de honore quia non vult facere opera honore digna est vituperabile. Nobis igitur debet esse cure de honore non quod simus ambiciosi nec quod finem nostrum ponamus in honoribus sed quod agamus opera honore digna. Opera ad honorem digna dupliciter considerari possunt. Vel ut sunt proporcionata nobis vel ut sunt digna magno honore. Sicut enim circa sumptus due sunt virtutes scilicet liberalitas que respicit sumptus ut sunt mediocres et ut sunt proporcionati nobis et magnificencia que respicit sumptus ut sunt magni et ut ordinantur ad opera magna, sic circa honores est duplex virtus. Una que respicit honores mediocres et ut sunt proporcionati nobis et hec a philosopho dicitur honoris amativa. Alia est que respicit magnos honores ut magnanimitas. Eadem ergo opera possunt esse alicuius virtutis et magnanimitatis. Nam agens opera virtutis et aggrediens pugnam si hoc facit quia delectatur in talibus actibus fortis est. Si vero hoc agat quia talia opera sunt magno honore digna magnanimus est. Sic etiam si agat opera castitatis quia delectatur in eis castus et temperatus est. Sed si hoc agat quia sunt magno honore digna magnanimus est. Ideo propria materia magnanimitatis non sunt pericula bellica sed talia sunt materia fortitudinis nec delectabilia sunt circa se quia circa talia virtutes temperancie sunt proprie materia

magnanimitatis dicitur honor quem
agit magnanimus. agit
ea que sunt magno honore di
gna. Magnanimitas ergo ut dicitur
in ethicorum est quidam ornatus omni
um virtutum. Nam sicut magnificencia
est quidam ornatus liberalitatis sic ex
cellenciori modo magnanimitas est
ornatus omnium virtutum. Nam opera
omnium virtutum sunt honore digna
Ornare magnanimus operabitur opera
singularum virtutum. Ideo dicitur in
ethicorum quod non congruit magna
nimo fugere commonente quod
est actus prudencie. nec facere
iniusta quod pertinet ad iniu
sticiam. Operatur ergo magnanimus opera
aliarum virtutum ut ea faciat excel
lenter. Nam cum inter exteriora bona
sit bonum plus excellens faciens
opera virtutum magnitudinem sunt honore
digna. excellenciori modo faciet
ea quia si agat talia opera quasi
delectaretur in illis. Recte ergo
magnanimitas dicitur omnes virtutes
maiores facere et dicitur omnes eas per
ficere et ornare quia actus omnium ea
rum per magnitudinem faciunt
excellencius ornatius et magis
perfecte. Visum ergo quid est
magnanimitas et qualiter se habet ad vir
tutes alias. Reliquum patet qualis sit
illa virtus de qua nunc intendimus
que dicitur honoris amativa. Nam

sicut eadem opera possunt esse alia
rum virtutum et magnanimitatis sic
eadem possunt esse opera aliarum
virtutum et honoris amative. Opera
enim aliarum virtutum ut sunt
magno honore digna pertinent
ad magnanimitatem. sed ut sunt propor
cionata nobis et ut ordinantur
ad mediocres honores pertinet
ad virtutem que dicitur amativa honoris.
Sicut ergo decet reges et princi
pes esse magnificos et liberales
sic decet eos esse magnanimos
et honoris amativos. Reges
enim et principes decet honores
diligere modo quo dictum est videlicet
ut diligant et cupiant fa
cere opera que sunt honore digna.
Videtur enim amativa honoris
se habere ad magnanimitatem sicut
formositas corporalis se habet ad
pulchritudinem. Parvi enim si habent
membra bene proporcionata et con
formia sunt formosi non tamen
sunt pulchri. quia pulchritudo non
est nisi in magno corpore. sic fa
cientes opera mediocriter hono
re digna dicuntur honoris ama
tivi sed non propter hoc sunt magnanimi
qui agunt opera magno honore
digna. Decet ergo reges et princi
pes ut in magnis audaces et
in mediocribus faciant aliquid

sz ut sic agant opa honore
digna. bene dictu est qd decz
eos esse magnanimos et hono
ris amatores

P

Phus in 4to
eth. mediocri
ter se ingen
tem honori
bus no appellat magnanimu
sed temperatu. Eciu go habe
temperamentu in honoribus sit id
qd hre humilitate. Et illa
de qua loqr pt. quã appellat
honoris amatiuã. que tendit in
me diocres ut videtur. quedam
humilitas dici pt. Sz sic sit di
cimus quedam dubietates insur
gunt. cum dicis magnanimus est ho
noris amatiuus. sic dicitur mag
nificus est liberalis. sic sit honoris
amatiua esse humilitas et
magnanimus esse humilis. quod
videtur esse oppositu in adiecto
qz humilis alios veneratur. ma
gnanimus vo ut dr in 4o eth. alios
despicit. Dicim go qd esset omnis
magnanimus no esse humilis non
decuissemus principibus congru
um documentu. qz docuissemus
eos esse sine virtutibus. cum
virtutes sine humilitate esse non

pnt. Ad plenã go declaracom
veritatis ostendendum est qd sine
humilitate nq esse pt magnanim
Magnanimitas em et humilitas
et singule virtutes morales cir
ca aliquas passiones constitute
sunt dicte virtutes sunt bonum
rone inqz qr moderat passiones
nras ne deviemus a bono ronis.
Sed qd passiones nos deviare fa
ciunt a bono ronis dupliciter pt con
tingere ut supra dicebamus. Primo
qa passiones nos inclinat ad
id quod ro vetat. Secundo qz ut nos
retrahunt ab eo quod ro dictat.
Inclinacio passiones nos incli
nant ad aliquid quod est contra ro
indigemus virtute retrahente
ut pz in temperancia qua re
trahimur a delectacionibus sensibilibus.
Cum vo passiones nos retrahunt
ab eo quod ro dictat indi
gemus virtute retrahente. sz magis
impellente ut pz de fortitu
dine que magis impellit nos
ad pericula bellica qz nos re
trahat ab illis. Cum go retrahere et
impellere sint quodammodo oppo
sita et formaliter differant
ex parte et ipse no est eadem
virtus retrahens et impellens
nec est eadem virtus pnt mode
rans passiones impellentes nos
ad ea quod ro vetat et retra
hentes ab eo quod ro dictat

Unde est igitur quod sit unum et idem aliquid et aliquid acceptum nos retrahit et impellit oportebat circa idem dare duas virtutes unam reprimentem et aliam impellentem. Videmus autem quod magnanimitas est circa magnos honores. Maximus autem honor quoddam magnum est magnum bonum. Magnum autem bonum cum quia magnum est nos retrahit ne prosequamur illud cum difficultatis sunt. Sed bonum est nos alliciat ut tendamus in ipsum. quod circa magnos honores et circa magna bona duplex contingit peccare scilicet si ultra quam recta ratio dictet prosequimur ea quia bona sunt. Vel si infra quam recta ratio dictet retrahamus nos ab illis eo quod ardua et difficilia sunt. Quia ergo circa talia duplici virtute indigemus. Una impellente nos ne retrahamur propter difficultatem et est magnanimitas. et alia retrahente nos ne ultra quam tendamus in illa cum bonitatis et [?] et humilitas. Dicit enim magnanimus humilis est nec cum impelle sit esse magnanimus nec enim bonum ut probat philosophus in ethicis nullus ac bonus sit quod sit ultra quam recta ratio dictet prosequitur honores nam magnanimitas impellat nos in magna ne retrahamur propter difficultates oportet quod ei sit annexa

humilitas ne ultra quam recta ratio dictet in eam tendamus est cum bonitatis aliquid enim est magnis vitiosus. Tendere igitur in magnos honores et ad magna bona esse potest a magnanimitate et ab humilitate. nisi sic tamen ratione eandem. Sed potest tendere in magna bona nisi retrahit cum difficultatis sunt magnanimi sed potest ea nisi prosequimur ultra quam recta ratio dictet cum bonitatis sumus humiles. Differt ergo magnanimitas ab humilitate in duobus. Primo quia magnanimitas ut magnus potest impellit et e contrario retrahit. Ideo magnanimus dicitur alios despicere nisi quia aliis virtute minuitur sed quia est tanti cordis et impellitur a virtute ut potius despiciat opera et verba hominum quam velit propterea desistere ab operibus virtuosis. Humilitas autem e contrario potest retrahit et contra impellit. Ideo humilis est alios revereri quia considerat propter defectus in rebus licitis et honestis alios reverentur. Secundo differt [?] ab illa quia magnanimitas potest moderat desperationem ne aliquis cum difficultatis desperet tendendo in opera magno honore digna. Humilitas vero potest moderat ipsam spem ne aliquis nimis sperans de se ultra prosequatur honores magnos

Erit igitur omnis magnanimus humilis, vel quod idem est idem quod mediocris est honoris amativus, quia ille dicitur humilis qui moderans spem adipiscendi honores magnos mediocres tendit in honores illos. Utrum autem humilitas sit idem simpliciter quod diligere mediocres honores vel utrum sit semper unum idem cum virtute illa quam philosophus distinguens a magnanimitate appellat honoris amativam non est praesentis speculationis. Sed si contingeret nos in moralibus ulteriora exponere ostenderemus virtutem de qua loquitur philosophus non esse omnino idem cum humilitate, quia illa de qua loquitur philosophus quae ut dictum est tendit in mediocres honores magis est in appetitu concupiscibili, humilitas vero magis est in intellectivo.



Satis est per habita manifestum humilitatem a magnanimitate differre. Nam licet una et eadem virtus reprimat superhabundantiam et moderet defectum, nihilominus tamen eque primo duo eidem virtuti competere possunt. Spectat igitur ad magnanimitatem reprimere desperationem ne desperemus in rebus arduis, et spectat ad ipsam moderare spem ne ultra quam ratio dictat tendamus in illa. Non tamen est primo operatur utrumque. Nam cum magnanimitas sit circa magna, magnanimitas est virtus impellens in magna quam retrahens nos ab illis. Principaliter ergo magnanimitas reprimit desperationem ne retrahamur ab arduis, et ex consequenti moderat spem ne plus quam tendamus in illa. Humilitas ergo e contrario se habet ut supra diffusius dicebatur. Quae autem differentia sit huius virtutis ab illa videndum est quae sit huiusmodi virtus. Sciendum igitur quod sicut circa magnanimitatem contingit habundare et deficere, sic et circa humilitatem habet esse. Nam ut patet ex dictis magnanimitas est virtus nos impellens ne propter difficultatis retrahamur ut non prosequamur opera magno honore digna. Quia igitur in hoc aliqui superhabundant ut praesumptuosi prosequentes magis ardua quam debeant, aliqui vero deficiunt ut pusillanimes, ideo magnanimitas est media inter praesumptiones et pusillanimitates. Sic ergo ex dictis patet quod humilitas est virtus nos retrahens ne bone bonitatis et delectationis quae est in rebus honorificis prosequamur ea ultra quam ratio dictat. In hoc igitur aliqui superhabundant

ut superbi prosequentes honores et excellentias ultra quam debeat. Aliqui vero deficiunt quia se deiciunt ultra quam debeant ut illi qui nec querunt opera honore digna nec honores. quod non est humilitatis sed magis est vilitatis et miserie. Erit igitur humilitas media inter superbiam et deiectionem sicut magnanimitas est media inter presumptionem et pusillanimitatem. Viso quid est humilitas declarato patet circa que habet esse. Intendit enim humilis reprimere superbias et moderare deiectiones. Erit ergo humilitas circa superbias et deiectiones. Non tamen est circa hec eque principaliter. Nam humilis principaliter intendit reprimere superbias, ex consequenti vero moderare deiectiones. Est igitur notabiliter hic attendendum quod quia ad virtutem sit magis retrahens quam impellens principaliter opponitur superhabundantie per quam impellimur et ex consequenti defectui per quem retrahimur. Sed quia magnanimitas magis est virtus impellens quam retrahens econtrario se habet quia tunc principaliter opponitur defectui per quem retrahimur. Ex consequenti vero opponitur excellentie per quam impellimur. Magnanimitas ergo que est virtus impellens in ardua bona magis opponitur pusillanimitati que est defectus nos retrahens a talibus bonis quam presumptioni que est excessus nos impellens in illa. Sed humilitas econtrario quia est virtus retrahens ne ultra vires prosequamur excellentias et honores principaliter opponitur superbie que superhabundat in talibus. Ex consequenti vero contrariatur deiectioni. In agendo enim opera honore digna non solum contingit peccare per superbiam sed etiam per deiectionem. Nam si quis ultra quam sinit status eligat sibi vacare et notare se deiecerit vel esset vilis seu deiectus ut bestia quia suum statum non cognosceret. vel etiam esset superbus et iactator. Nam quidam ex hoc querunt excellentiam et iactantiam deiciendo se ultra quam deceat. Unde Philosophus quarto Ethicorum quandam gentem circa Lacedemonenses scilicet iactatores et superbos appellat qui ultra quam eorum status requirit vilibus induebantur credentes ex hoc in quendam honorem et in quandam excellentiam consurgere. Unde ibidem scribitur quod superhabundantia et valde defectus est quid iactantium. Viso ~~quid est humilitas~~ circa que est humilitas quia principaliter est circa repressionem superbie et ex consequenti circa moderationem deiectionis. Restat videre quod decet reges et principes esse humiles. quod duplici via probare possumus. Prima sumitur ex parte magnanimitatis. Secunda vero ex

parte operum fiendorum. Dice-
batur enim supra quod non esset vere ma-
gnanimus nisi esset bonus et humilis
quia magnanimitati est annexa humi-
litas. Quare si decet reges
et principes esse magnanimos de-
cet eos esse humiles. Debent
enim reges sic grandia opera honore di-
gna non velle quia eos decet sed
ut decet eorum status. quod fa-
ciunt humiles. sic quod tamen suam
felicitatem non ponant in excellen-
tia honoris quod faciunt superbi.
Debent enim agere opera bona et
honore digna boni gratia et non
ut ostentent se ut videantur
excellentes. Ideo decet eos esse hu-
miles circa opera fiendorum
nam superbus extendens suam excel-
lentiam ultra quam debeat ut plu-
rimum tendit ad ea que proprias
vires excellunt. Ideo decet ho-
mines esse humiles ut considerantes
proprium defectum vel propriam facultatem
non tendant in ardua ultra quam
debeant. Ut plurimum enim superbi
et volentes eorum excellentiam osten-
dentes se et alios exponunt periculis
non valentes adimplere quod in-
choant. tanto ergo reges et prin-
cipes debent a se superbiam remo-
vere quanto peius est ~~periculo~~ omnia
bona periculis exponere. superbus
enim dominus ut plurimum pericli-
tator efficitur populorum

Postquam determina-
vimus de virtu-
tibus respicien-
tibus exteriora
bona et ostendimus quod reges et
principes decet ornari virtutibus
illis. restat dicere de mansuetu-
dine. que respicit exteriora ma-
la. Dicebatur enim supra quod circa
quedam contingit peccare et bene
agere. vel contingit habundare
et deficere oportet igitur dare aliquas
virtutes per quas dirigamur ad bene
agendum reprimentes defectus et mo-
derantes superfluitates. In vindi-
cando autem exteriora mala ab ali-
is facta. vel quidam superhabun-
dant ut iracundi nimis sunt ac-
tores vindicte. Nam et hic ira per-
venit quia petimus vindictam. Ira
enim propter mala nobis illata vin-
dictam aut punitionem appetit. Dici-
tur vehementer appetit accenditur
eius sanguis circa cor quo accen-
so irascitur. Quidam ergo sunt ira-
scibiles et superhabundant in cupi-
endo vindictam. Quidam vero sunt
inirascibiles omnem iniuriam dis-
simulantes. quorum neutrum
bonum est. irasci enim cum sit ex

et de quolibet vindictam expetere
quod faciunt iracundi vituperabile
est. Rursus nullo modo irasci et nullo
modo velle aliquem puniri non est
laudabile. quia est agere praeter ordinem
rationis. ratio enim dictat punitiones
aliquas esse faciendas. et quod est i-
rascendum cui debet et quid et quo-
modo irasci cum loco et tempore
est virtutis opus. Quare sicut in
passionibus irae et in appetendo
punitiones et vindictas contingit
superhabundantiam et defectum oportet ibi
dare virtutem aliquam quae reprimeret
superhabundantias et moderaretur
defectus. Haec autem est mansuetudo.
patet igitur quid est mansuetudo.
quia sicut fortitudo est media inter ti-
mores et audacias sic mansue-
tudo est media inter iras per quas
cupimus vindictam et inirascibi-
litatem per quam condempnamus
mala nobis illata. Ille ergo est
mitis qui nec de omnibus cupit
vindictam nec omnino deficit
a punitione quia nullo modo vellet
puniri alios sed est condonativus
et punitivus secundum ordinem rationis.
Quare sicut fortitudo reprimit
timores et moderat audacias
sic mansuetudo reprimit iras
et moderat irascibilitates.
Viso quid est mansuetudo decla-

in parte. circa quae habet esse est
enim ut dictum est circa iras et circa
oppositum irae et circa inirascibi-
litatem. Principalius tamen est circa iras.
Mansuetudo enim principaliter et primo
intendit reprimere iras et ex consequenti
autem intendit moderare passi-
ones oppositas irae. Nam est na-
turale nobis ut ex malis no-
bis illatis appetamus punitionem
et vindictam. Rursus quia mala
illata vix possunt esse modica quin nobis
videantur esse multa non solum naturaliter
inclinamur ut velimus puniri
inferentes nobis aliqua mala sed
etiam quodam modo naturale est nobis ap-
petere punitiones ultra condignum.
Nam quia mala nobis illata vi-
dentur nobis magis esse quam sint
iniuriatores nostros plus puni-
re volumus quam sint puniendi.
Difficile est ergo ultra reprimere
iras et non appetere punitiones
nimias ultra quam ratio dictat.
plures ergo peccant in appetendo plus
quam pauci qui delinquunt in appetendo
de minus. Propter quod si virtus est
circa bonum et difficile mansue-
tudo principaliter opponitur irae et inten-
dit iras reprimere ex consequenti autem
opponitur inirascibilitati et in-
tendit eam moderare. quod ipsum
nomen designat. si enim nomen
nostrum consideremus. mansuetudo

noiat temperamentum ne ...
aut deceat. Reges et prin
cipes esse mansuetos ostendere non est
difficile. Nam cum ira perturbat ro
nis iudicium non decet reges et
principes esse iracundos cum in e
is maxime vigere debeat ro
et intellectus. Sicut enim videmus
quod lingua infecta per coleram vel
alios humores non recte iudicat
de saporibus. sic infecto ape
titu per immoderatam iram vel
per alias immoderatas passiones
pervertitur rectum iudicium rationis
Si igitur inconveniens est re
gulam perverti et obliquari. rex
qui debet esse quasi regula et
forma operandi et qui debet
esse regula agendorum inconveniens
est ut sit iracundus. ne per
iram pervertatur et obliquetur
Et et si nullo modo esset irasci
et nullo modo moveri ad pu
nitiones faciendas videretur esse / quia si
punitiones non fierent in regno ho
mines fierent invasores a
lienorum et politia durare non pos
set. nullus igitur debet irasci
propter odium nec debet punitiones ape
tere propter odium sed propter amorem et
zelum est irascendum et sunt pu
nitiones apetende. Apetenda est
enim punitio propter amorem et ze
lum iusticie vel propter amorem rei
publice quia sine ea res publica dura
re non posset. Curare si quis ita
cum esset mitis quod potius vellet
iusticiam perire quam vindictam re
poscere sic mitis non esset. tanto enim
magis decet reges et principes
moveri ad punitiones faciendas quan
to magis ad ipsos spectat esse
custodes iusticie et observatores
reipublice. Quare si reges non
debent esse iracundi et debent mo
veri in ordine rationis ut fiant
punitiones et vindicte cum hoc fa
ciat mansuetudo decet eos ma
suetos esse



Ut postulat
presens negocium
sufficienter dixi
mus de virtutibus
respicientibus bona circa se et
de respicientibus exteriora ma
la. Restat dicere de virtutibus re
spicientibus bona exteriora ut
conversamur cum aliis. conversamur
autem cum aliis verbis et opibus verba
autem et opera in quibus cum aliis
conversamus ad tria nobis deser
viunt vel ad amicabilitatem
et veritatem et ad iocositates delecta
tionis. Quia per verbis et opibus
debite cum aliis conversamus

honorando eos et recipiendo e
os ut debemus simus amicabiles
et affabiles Scd̄o ergo e aliud a
micabilitas sive affabilitas de
qua h' intendimus determiare
iusta recte conu'sari cu̅ hominibus
et ordinare opa et v̄ba nost'a
ad debitam conu'sacōem Scd̄o v̄ba
et nr̄a opa deseruiūt nobis ad
v'itatem q' p ea indicam' qua
les sumus V'itas enim de qua
h' determiare intendimus nichil
aliud est n' q' ho no̅ sit iacta
tor q' de se v̄bis nec factis ma
iora ostendat q' sit · nec sit de
risor et despector ut opibus a
v̄bis ultra q' co'dictat se con
temptibilez ostendat · sed sit a
ptus et verax ut talem se o
stendat qualis sit Tercio v̄ba
et opa ordinari possunt ad io
cosas delectacōes ut ho sit debi
te iocundus igitur ut supra di
cebatur v̄ba et opa in qui
bus cum aliis co'mu'icamus h'
esse triplex v'tus v3 amicabi
litas que alio noīe affabilitas
dici p't v'itas que apaciao
nuncupatur · et debita iocundi
tas quam ph's eutropoliam vo
cat · co'mu'icando igitur cu̅ aliis
si bn̄ conu'sari volumus debemus
esse debite iocundi veraces
et amicabiles De quibus o'i
bus est dicendum · Sed p'mo
De amicabilitate videmus

enim q' co'nu'sando cu̅ aliis ali'
superhabundant q' se nimis oste
dunt amicabiles · quidi sunt
blanditores et placidi · hij a
deo se ostendunt amicales et
sociales q' nullum co'tristare ve
lint s3 om̄ dcm̄ et fcm̄ alior'
laudant · Aliqui vero e' co'ntrario ab
hac co'nu'sacōne nimis defici
unt sunt enim dyscoli et agre
stes no̅ valentes cu̅ aliis co
nu'sari utrisq3 aut a co'ne de
ficiunt q' nec quis debet se
tantum ostendere socialem aliis
ut et videatur placidus et
blanditor · nec debz se tm̄ a so
cietate retrahe' ut videatur
dyscolus et agrestis et litigio
sus Cu̅ igitur v'tus sit quod
dam medium int' superfluum et
diminutum moderacōem hom'
circa quam contingit habundare
et deficere o3 dare aliquam v'tutem
reprimentem superhabundancias et
moderantem defectus Hinc di
ant est amicabilitas sive affa
bilitas Non enim e aliud affa
bilitas ut est v'tus q' medio
cre se habere in conu'sacōe hom'
ut no̅ superhabundemus in hoc
conu'sacōe quod faciunt blandito
res nec deficiamus quod quod fa
ciunt litigiosi et dyscoli Viso
quid est amicabilitas ut h'ic
de ea loq'tur · q' est v'tus repri

ment litigia et moderant
blandicias ut ait phus 20 et
4to ethi. deleni apparet per ista
que dicit esse quod est ista opera et
verba ut ordinatur ad debitam
conversacionem in vita / sic enim homo
est ad naturam sociale. ut dicitur per
primo politice quod ista verba et opera
in quibus consistit curialitas dande
re virtute quadam per quam debite
conversetur. Curiare autem recta ro
dictet quod secundum diversitatem personarum
huiusmodi sit conversandum. licet
ob hoc volentes vivere politi
ce debeant esse amicabiles et
affabiles. non tamen omnibus eodem modo
debent esse amicabiles. Nam
quia nimia familiaritas contem
ptum parit reges et principes
ut in reverencia habeantur et ne
dignitas regia vilescat maxime
eminentes habere debent se aliis
Unde philosophus in 5to politice dando
cautelas regum et principum ait
quod decet reges et principes apparere
personas reverendas ne conte
mptibiles habeantur. sic in sump
cione ciborum et in aliis vita com
dictat ut ipsi diversitate personarum
huiusmodi fiat. quod quaeque tibi
esse multum infirmo qui esset
modicus sano sic et in conversa
tione hominum quaedam familiaritas
reputatur regi ad virtutem et
dicitur amicabilis esse quod
si una quaedam alia contingeret

non plus de familiaritate per
tractaret reputaretur ei ad vi
cium non ad virtutem. et non dice
tur amicabilis sed silvestris

S. Sicut circa
conversacionem
in vita
contingit
superhabun
dare et deficere ut supra osten
debatur sic circa veritatem contingit
superhabundare et deficere veritas
enim in quadam equatione consi
stit. Unde ergo plus dicit quam
sit a veritate recedit cum superhabundancie
habundancie. Cum vero quis se
negat et minora confitetur a
veritate recedit per defectum
Curiare autem mendacium per se sit fu
giendum ut dicitur 4to ethi. qui
non sunt veraces nec apti nec
ostendunt se tales quales sunt reprehensibiles
existunt. Quod ad cum
mentum est non esse aptum et non
ostendere se talem qualis est
Ab hac igitur virtute per quam quis
reddit se veracem et manifestum
aliqui deviant per superhabunda
nciam ostendentes de se verbis non
factis maiora quam sunt et tales
vocantur iactatores Aliqui

Qui vo ab hac vtute declinant
p defectu cfingentes de se a
gna f vilia que in ipis non
sut vel negantes de se ipis a
gna que in eis sunt. quos pt
vocat Eirones i irrisores et
despectores. Opz go dare ass
vtute media p qua moden
tur diminuta et resp maitur su
pflua. h at cui nomie vitas
intitulatur. Patz igitur quid
est vitas. qr est vtus mode
rans despectos et repmes ia
ctancias. Viso quid est ve
ritas restat vide ca que hz
esse. Dcu hic affirmare in
se esse quod nec est nec negare
esse quod est sit mentiri. tn no
dicit cm quod est absq men
dacio si pt volens go esse
verax no debet de se fingere
bonitate qua nec hit. nc debet
concede in se esse malicia qz
sibi inesse no credit. Non tn opz
qr de se dicat tota bonitatem
qua sibi inesse cognoscat. qr lic
non mentiri debeat quod tn et
et vbiqz qualz. Veritas est di
cenda qr loco et tempore cum di
ctamie ronis possig veritate
tace. Est igitur vitas cca repss
ss iactanciaru et cca mode
racz despectionu. Vo tn est cca
ea pnr. si pncz vitas oppo
iactancie et intendit iactan
cias repme. et cum aute op

ponitur despectoni et intedit
despectos moderare. Ideo pt
eo est) cao de vitate aut
qr declinac adinq et de se di
ce inidra qz sunt est opus
prudentis. Spectat igitur
ad verace nullo mo de se
dice qz sut quod multi faci
nt. conceditur eni aliqui de se
magis bonitates. cu tn illas
careant et pmittut amicis
et notis magna bona et ma
gna auxilia de quibz mo
dicu vel nil ope implet. Tales
enim pz esse iactores et alie
nu aptos et vanes. Nullo a
tn in talibus est credendu
in plus. si magis est declina
du inq du tn sit mediacoi si
at et no notabile recedat a
medio. qr si notabile a medio
recedet no mior appareret ve
rax si deriset. ut si aliquis ado
esse fortis et strenuus. quod co
staret alis qz non cerneu bel
lare poss. Si ille de se no plus
concedet n qz h vincu et debi
lem bellacnt ob ut se cago
scent qz derisione. loquetur
Unde igitur scriptu est nom i
vente et derisionis qd aliquis
notabile de se inidra concedit qz
sunt. Ad vitate go spectat mo
derate fingi derisos et re
pme iactancias. Quia sunt

sunt spectat ad ipsum iactantias
reprimere et derisores moderare
Immo ut dictum est in talibus est
magis declinandum in minus
dicendo de se minora quam sunt
quam sit declinandum in plus asse-
rendo de se maiora. Possumus
autem assignare duplicem causam
quare in talibus semper est decli-
nandum in minus. Prima sumitur
ex parte sui. Secunda ex parte aliorum.
Sumitur enim prima causa quia adeo afficitur
ad proprium bonum ut semper ipsum
videat plus esse quam sit. Ideo con-
tingit homines decipi apud se
de seipsis credentes se plus
valere quam valeat. In narrando
ergo semper bona propria semper de-
clinandum est in minus quia estimare
debemus nos affectos ad propria bona
videntur nobis illa esse maio-
ra quam sint. Hanc autem rationem tangit
philosophus in auctoritate praetacta ubi ait quod
prudentis est declinare in minus.
Nam nunquam prudentie est cog-
noscere seipsum et scire quod propria bona
semper estimantur maiora quam
sunt. Secunda vero sumitur ex parte ali-
orum. Nam non declinantes in minus
sed laudatores sunt iactantes
se de bonis que habent. Et quia
hos communiter honorare laudantes
seipsos ideo et ex parte aliorum
decet in talibus declinare in minus
ne hos sint aliis onerosi. Hanc
autem rationem tangit philosophus in eodem. Secto
cum dicens declinantes esse in

minus apparent onerosas et superhabun-
dantias. Ostenso quid est ve-
ritas de qua hic loquimur et qua-
re hic esse volumus, patet quod decet
reges et principes esse veraces.
Nam declinantes a nobilitate in lo-
quendo dicentes de se nobilia minora
et viliora quam sint videntur
esse derisores et contemptibiles.
Excellentes vero in plus et dicen-
tes maiora quam sint videntur esse
iactatores et honerosi. Cum ergo nam
si decet reges esse non contemptibiles
sed reverendos et gloriosos et ama-
biles decet eos non esse iactato-
res nec derisores sed aptos et ve-
races non ostendendo nec iactando
de se maiora quam sint. Imprimis
tendo aliis maiora quam faciunt
immo tanto magis decet reges
et principes cavere iactantias quan-
to plures habent imitantes ipsos
ad iactantias et de pluribus
se iactare possent.

CRedunt enim ali-
qui omnem delecta-
tionem seu solatium desin-
entia rationis esse
cum omnis actus non
sit sine fine. Nam otiosum est illud
quod caret debito fine. Cum er-
go de se sit ordinabile in debitum

fine non est ociosa ludus autem si
sit liberalis et honestus et mo
deratus ordinari habet in bonum fi
nem quia est quoddam non necessarium
in vita Ideo dicitur 4to Ethicorum quod
videtur requies et ludus quod
necessarium esse in vita. sicut
ergo sensus corporales ut auditus et vi
sus quia laborant in servando
eum ordinantur sompnum propter eorum
requiem Et est necessarius sompnus
in vita sic quia studendo vel ne
gociis regni insistendo vel ala
facendo contingit laborare aliquas
que delectaciones iocose si sint mo
derate et honeste non ociose
interponuntur curis et laboribus
nostris. Quare si in talibus contin
gat peccare vel bene facere cir
ca ipsas iocosas dare virtutem aliquam
per quam debite nos habeamus ad
ludos In ipsis enim iocis quidam
superhabundant desiderantes o
mnino risum facere de quibus dicitur in
... quia magis conantur risum
facere quam decora dicere. Huiusmodi
autem sunt histriones quos philosophus
appellat bomolochos. philosophus
enim tales assimilat avibus rapa
cibus incipientibus preda sacrifica
tam in templis gentilium sicut
enim aves ille non curabant qualiter
aliquid possent de illa preda rape
re sic volentes omnino facere risum
et provocare alios ad cachinnum
non curant qualiter possent ca
pere dictum vel factum aliquod et ca
tenere in ludum vel cachinnum
Sunt ergo superhabundantes in lu
dis. Quidam vero ecconverso deficiunt
et hii vocantur duri et agre
stes. Huiusmodi autem sunt non su
stinentes aliquem ludum nec di
centes aliquid ridiculum immo di
centibus sunt molesti. Patet
igitur quod sit iocunditas et eu
trapelia. patet quod virtus et in
ter de ea loquimur. quia est reprimens
superfluitates ludi et mode
rans diminuciones. Huiusmodi autem
virtus habet esse tam circa mode
racionem diminucionis quam circa repressi
onem superfluitatum In ludo enim
non est eque pronum. quia virtus semper
est potius circa difficilius re
primere autem superfluitates ludorum
est difficilius quam moderare de
fectus habet enim ipse ludus quan
dam delectacionem annexam propter quam
magis inclinamur ut sequamur
delectaciones iocosas quam ut fugi
amus illas. Visum quid est eu
trapelia sive iocunditas et
circa que habet esse quia potius
est in reprimendo superfluita
tes ludi. Ex consequenti est in
moderando defectum. Restat ergo
videre quod reges et principes
decet esse iocundos. Etenim

ex hiis patet quod semper extrema vituperantur medium autem laudantur. Sicut igitur ad medium quod est in virtutibus respicientibus passiones et motus non est accipiendum secundum rem sed quo ad nos, ita ut in precedentibus tactum dicebatur aliquid est superfluum mihi quod est medium alteri et e converso. Si igitur decet omnes homines respuere superfluitates ludorum multo magis hoc decet reges et principes. Non oportet reges et principes adeo moderate uti iocosis delectationibus quod propter hoc fuerint persone eorum videntur esse duri et agrestes. Non igitur [illegible] est reges et principes non debere recreari aliquibus solatiis vel aliquibus iocosis sed quia ludi quibus uti debent secundum philosophum in 4o ethicorum debent esse liberales et honesti illis debent reges et principes adeo moderate uti ut per hoc videantur maturi et ut nullo modo appareant puriles. Quod ipsam etiam infantia [illegible] videtur esse pueris delectari iocis. Quando ludus si non sit moderatus et honestus aliquam puerilitatem videtur habere annexam. Tanto

igitur decet reges et principes moderate uti delectationibus ludorum. Quanto detestabilius est eos esse puriles [illegible] plures ut patet ex dictis. Ex hoc iocosa delectatio non est ociosa et ordinatur in bonum finem quia imposita nobis curis quibusdam recreati accipimus robur tamquam ardentius insurgimus et instantius bonis operibus quibus intendere debemus. Ex eo enim iocus non moderatus vel inhonestus distrahat nos a bonis operibus et a debitis curis tanto detestabilius est reges et principes inmoderate vel inhoneste uti delectationibus ludorum. Quanto cura boni communis que ad principem excellentior spectat ad principem est quam sit cura cuiuscumque persone particularis. Non igitur [illegible] sunt vel fiant iocosa sint honesta et moderata et hoc magis et magis requirit dignitas personarum.

T tam sancti [illegible] plus in hac se[illegible] tencia [illegible]

organa artis que est de factibili-
bus. sed organa gubernacionis

est activa. quia sunt organa pru-
dencie que circa agibilia habet
esse. Ars ergo gubernacionis
domus. licet largo modo possit
dici ars. proprie tamen debet dici pru-
dencia. Ex premissis igitur dua-
bus racionibus sufficienter ostenditur
quod spectat ad gubernatorem domus
considerare de omnibus possessi-
onibus et ministracionibus que faciunt
ad conservacionem et ad sufficienciam
vite. per illas autem casus vos ...
possit. Quia spectat ad guberna-
torem domus scire debite se habere
circa ministros et servos. Item ministri
et servi sunt quedam organa
deservientia gubernacioni domus
prout quod declaratum est in parte prece-
dente ubi dicebatur quod spectat
ad gubernatorem domus conside-
rare de ministris et de hiis que
supplent indigenciam corporalem.
Quia ad hec due materie sunt conne-
xe et quia determinare de edifici-
is et possessionibus connecti debe-
at tractatui in quo determinatur
de ministris et servis. Volentes pa-
tefacere quod possessiones domus et mi-
nistraciones sunt organa guberna-
cionis domus. Quibus ergo servus
est quoddam organum et quelibet
organum est quedam servus, nam
per prius organum est quoddam in-
animatus servus et servus est quoddam
animatum organum. Quia ergo sic con-
veniunt organum et servus coniuncte
hec due materie connectuntur.

Philosophus primo
pol. omnia or-
gana guber-
nacionis domus
ad bimembrem
distinctionem reducit. Ait enim quod
esse animata ut servi et inanimata
ut possessiones et indivisibilia [?] et
indiminuta, et certa supellectilia
a desservientia ad indigenciam
vite. Sicut enim videmus
in aliis artibus, sic eciam primo
po. pol. circa gubernacionem domus
esse dicit. In aliis autem artibus
est duplex organum animatum et
inanimatum ut in arte guberna-
tiva navium talis organum in-
animatum est gubernaculum sive
re[mus] talis animatum est ibi prora-
rius sive remigator. Sic in
gubernacione domus talis orga-
na inanimata sunt ibi indiminuta
lecti possessiones et indivisibilia [?]
talis animata sunt servi et ministri.
Convenient ergo omnia huiusmodi
organa quia quodlibet organo [?] uno
est quasi res possessa. Differunt
tamen quia hec sunt animata illa ina-
nimata. Circo [?] quam distinguntur
organa gubernacionis domus
restat ostendere que ad movendum [?]
requiruntur. Dicit enim eciam primo

huiusmodi organa ordinata
esse ad invicem. Ita quod organum
sit quasi organum ut organum ani-
matum quasi inanimatum. Sicut enim socie-
tas domus est quoddam naturale, et in
natura omnia ordinata sunt et sic
inferiora administrantur per superiora
et recipiunt motum et influenciam
ab illis. Oportet esse organa domus
ordinata ut organa inferio-
ra ut inanimata sint movenda
et administranda per superiora or-
gana ut per animata. Quod de-
clarat primo pol. Philosophus per simile
in aliis artibus ubi innuit
quod plectra non possunt citharisare
et pectines non possunt per se perti-
nare [?]. Ideo ad citharisandum ple-
ctrum indiget instrumento movente
et pecten ad pectinandum ipsum
indiget movente. Si ut ait
sunt plectra possunt citharisare nichil
opus esset architectonibus in-
strumentis [?], nec domini servorum. Ideo
enim architectores et domini indi-
gent servis et ministris sive indi-
gent organis animatis, quia organa
inanimata per se ipsa [?] facere non possunt
id ad quod sunt, sed secus [?] si tri-
podes et mense regum et principum
vel eciam aliorum talium, tales es-
sent qualis erant tripodes in
quodam templo de quibus quidam
poeta fabulose dicebat quod sponte [?]
tamen se ingrediebantur divinos [?] ac[ce]
prius ipse omnia organa essent talia

qualis erat statua Dedali de
qua philosophus fabulose recitat i-
pse quod ipse implebat opus de-
bitum nulla indigentia esset sed
non erat / sed inesse servos pareret
et ut essent opportunitates hostia
servos aperirent et clauderent / sed
quia non sic est et organa inanima-
ta a servis non possunt moveri
ideo domini et architectores in-
digent ministris et servis ut eorum
ductione moveant orga-
na inanimata / vel organa ca-
rentia ratione ut opus proprium
possit implere / In quo quidem est
considerandum ordinem divinum ut
suprema divine administrent
ad infima / sed lex divinitatis est
ut infima administrent ab
infimis supremis per media
Suprema autem in politico negocio
esse videntur architectores
et domini / Infima vero sunt or-
gana inanimata / Media vero sunt mini-
stri et servi qui sunt quasi organa a-
nimata / Indigemus ergo ad domos
et scopos ac pastores mercenarios
[illegible] hostiarios ad [illegible]
[illegible] sed conveniens est hoc per
medios ministros efficere / In do-
mo ergo completa utraque organa
sunt necessaria animata et inanimata
quomodo autem ministri se habeant ma-
nifestum est per iam dicta / Ina-
nimata sunt autem inanimata / et per ra-
tionem administranda et movenda ut
possit propria opera adimplere

Capitulum. Ex predictis
patet quod in
hac 2a parte
huius secundi li-
bri dicendum esse tam de mini-
stris quam de hiis que deservi-
unt ad conservationem et ad sufficie-
ntiam vite / Deficientia autem ad con-
servationem et sufficientiam vite quasi
ad tria reducuntur / Nam quedam
sunt edificia possessiones et numis-
mata / De quorum primo ergo dicendum est
declarabitur enim primo quales do-
mos et quales habitationes
reges et principes et universaliter om-
nes cives habere debeant / Secundo quidem
declarabitur de ipsis possessio-
nibus / Tertio de numismatibus
Quarto de ministris / Sunt autem alia
que consideranda sunt in edificiis
ut tradit Palladius in libro de
agricultura est industria operis
ut edificium sit subtile et de-
bite situm et temperatum aere
et ut sit in debito loco collo-
catum. Et autem reges et principes
debeant habere habitationes magnales
et subtili industria constructas
probat philosophus duplici ratione / Pri-
ma sumitur ex parte magnificen-
tie regie / Secunda vero ex parte populi

Possunt enim et nos zam̄ com
adde ex parte familie et ministro
rum p̄ma ratio sit sic patz
rat 2m pm mito ethi. calo
de magnificencia Maxime
glos et nobiles decet esse
magnificos Reges ergo et prin
cipes qui debent esse nobiles
et p̄clari potissime decet es
se magnificos. alii enim mode
ratas possessiones habentes possunt esse
liberales eo quod liberalitas est in
paruis sumptibus esse possit
sed reges et principes multi
tudine possessionum pollentes
decet esse magnifici eo quod ma
gnificencia circa magnos sum
ptus esse contingat sed magni
fici ut dicitur in eodem iiiito ethi
ce spectat habitacionem decentem
vel est ad decentem habitacionem ma
gnificam et mirabili industria
sit constructa ¶ Ex parte igitur
ipsius magnificencie regie
patz quod reges et principes quantum
ad industriam operis decet habere
habitaciones aliis vel ciuibus decen
magis et magis mirabiles ut
competit sue facultati ¶ Rursum
a ad inuestigandum huius studium
ex parte ipsius populi et hanc tan
git phus v.to pol. ubi ait
quod principes decet sic magnifica
facere et talia edificia construere
quod populus videns ea quasi sit in te
suspensus propter vehementem ad
miracionem ipsum populum magnifi
git contra principem videns

ipsum sic magnificum ¶ Multum enim
de populo hoc visu opinatur prin
cipem esse tantum quod impossibile sit
ipsum inuadere | et quod talis impugna
cia non cadit eleccio neque con
silium ut vult phus ¶ Ro ethi
quinto et populo retrahitur et ne
sediciones faciat contra principem
si aspiciat ipsum tantum et tam ma
gnificum. magnitudo enim edi
ficiorum licet non sit fienda ad osten
tacionem et manere gloriam | tamen decet
reges et principes ne in contemptu
habeantur a populo facere edificia
magnifica prout requirit decencia
status in quo existunt ¶ Ter
cia sumitur ex parte ministrorum et fa
milie regalis ubi multe sunt domi
ne multi sunt qui comedunt illas
¶ In domibus ergo regum et principum
oportet multos habitaculos ministros
ut ergo non solum persona regis et
principis sed et multitudo ministro
rum debite commorari possit in
edificiis constructis oportet ea esse
magnifica ¶ Viso qualia de
beant esse edificia quantum ad
magnificenciam et industriam operis
restat videre qualia debent esse ad
aeris temperamentum ¶ Tangit ad pa
ladium in libro de agricultura
tria ex quibus congnoscere possumus
in quo aere sit edificium construendum
¶ Et enim salubritate aeris po
declinare a vallibus infimis
¶ Si enim in vallibus infimis
edificia construantur | quia aere
ibi grossis propter confitadam

motum contingit ipsum non esse
salubrem sicut enim imaginari
debemus quod sicut aqua currens sa
nior est quam stans eo quod aque
stantes nec plurimum incrassantur
et putrescunt sic aer reclusus
in vallibus eo quod non habeat
liberum motum sicut ingrossatur et
efficitur non salubris. Est ergo
propter salubritatem aeris considera
dum in edificiis construendis
ut non fiat illorum constructio in
vallibus infimis. Ergo con
siderandum est ut locus ille
in quo est edificium construen
dum sit a nebulis tenebris ab
solutus. Verum in aliqua parte terrarum
non quia magis paludosa non
propter aliquid aliud dispositionem terre magis
et sepius obtenebratur aer per
nebulas et vapores quam in parte
alia. Tunc ibi non redditur aer
salubris ideo sunt vitari et non
sunt ibi edificia construenda.
Tertium quod declarat salubritatem
aeris est consideratio habitatorum
existentium in ipso. Si enim alicubi est
edificare volumus, si contingit et
de regione illa et non habitare
consideranda sunt habitatorum corpora
si eis color sit sanus et pulcher
si sit eis ipsis firma sinceritas
capitis si habeant acutum visum
purum auditum et vocem claram. Nam
per omnia hec indicatur benignitas
aeris esse et per contraria indicatur
esse aer infirmus. Si enim habita
tores in ipso non habeant colorem

sanum sed croceum de facili in
capite patiantur habeant hebe
tem visum impurum auditum vo
cem raucam per hec omnia et per ce
tera signa aeris impuritas
demonstratur.

Preter predicta duo
videlicet sicut operis
industriam et ae
ris temperamentum
sunt duo alia in
edificiis attendenda ut aque
salubritas et debita dispositio vini
tatis. Aqua enim tam precipuum est
valde communis et in multis de
servit ad necessaria vite. Idcirco vi
de considerandum est ut sic e
dificium situetur ut ei sit a
qua salubris copia ne habita
tores eius ab insalubritate aque in
firmitatem contrahant. Tangit
autem Paladius in libro de agri
cultura sex que aut consideran
da esse in cognitione salubri
tatis aque. Primum est quod aqua
illa non debet derivari a pa
ludibus vel a lacunis. Palu
des enim et lacune eo quod eis
sit quodammodo aqua stans
et plurimum habent aquam non
salubrem. Ergo considerandum
est ne aqua illa sumat ori
ginem ex metallis vel ne hus...

transeat per metallorum venas. hinc
enim metalla sicut venas sub
terraneas et aqua in locis sub
terraneis generatur et per
venas subterraneas transit. Cum
ergo si locus generationis aquarum
vel meatus per quos aque trans
eant habeat in se proprietatem
venarum metallorum. ex hoc a
qua illa inficitur et non est
ita salubris. Est enim humida
et molle de facili passivum
aqua igitur quia est humida de
facili inficitur a metallis et
maxime a metallorum venis
ubi non sunt metalla pura sed
sed ad metallis sunt aque ad
mixte putredines. Tertium quod
considerandum in aquis est quia
sunt coloris proprium. Nam ipsa
infectio coloris aque infectionem
demonstrat. Quartum est ne
aquis sapor vel odor vicietur.
Nam pravus odor vel sapor
aquarum ut plurimum designat
aquas illas generari vel transire
per loca aliqua infecta a quibus
talem odorem vel saporem con
traxerunt. Quintum est ne aquis
illis aquis insideat limus.
Nam terra limosa eo quod infecta
sit sana esse non potest. Hec ergo
quinque attendenda sunt in salubri
tate aquarum. Communiter quod contingit
aliis nobis in huius signis decipi
Ideo addicit paladius sextum
quod dicit considerandum esse scilicet

ut consideretur dispositio corporum
tenencium illis aquis. Est ergo aspi
ciendum si dentes et gingive
utencium illis aquis sint pure
Si ventres eorum habeant capita
sana et imperturbata. si vene
aut viscera vel latera sine
renes nullo dolore ad inflacionem
repleantur. Nam et aquas mali
cia vel alia mala hec vel aqua
hominum consueverunt contingere.
Edificium ergo construendum edifi
candum est in tali situ quod sit eius co
pia aque salubris habitis co
ditionibus illas de quibus fecimus
mencionem. Quartum si edificandi
necessitas urgeat ut tamen ibi a
que salubris sit copia est ibi
secundum paladium construenda ci
sterna in qua pluviales a
que colligende sunt. Nam secundum eundem
aqua celestis et pluvialis omnibus
affertur ad bibendum. Sunt autem
in cisterna illa pisces fluviales
apponendi ut hos natatu aquas
stas agilitatem currentis aque
imitetur. Viso quali edi
ficium construendum quantum ad sa
lubritatem aque. restat videre
quomodo construendum sit quantum ad or
dinem ventorum. Nam in ordine autem
ventorum potest regimen edificium
construendum tamen sunt consideranda
vero condiciones celestis. Insistemus
ventorum et dispositio rerum quantum
ad condiciones celestes sunt duo attenda

denda. Primo ut in hyeme debita claritate illustretur. Secundo ne in estate immoderato calore aspiratur. Quod si contingit si edificium secundum suam ampliorem partem orientem hiemalem respiciat. tunc enim eo quod in hieme oppositum sit soli debita claritate illustrabitur. In estate quidem eo quod oblique respiciatur a sole habebit in calore temperanciam. Nam sicut radii obliquius mittunt calorem generant. Secundo in edificando edificio attendenda est diversitas ventorum et hoc quantum ad diversitatem camerarum. Nam ventus septentrionalis eo quod puriorem aerem facit salubrior esse videtur. Propter quod ergo estivum in quo homo facilius infirmatur edificande sunt alique camere opposite vento septentrionali ut in eis salubrior custodiatur vita. Tercio quantum ad ordinem vivendi consideranda est variarum disposicio. Nam tunc edificium confirmatur cum viridaria et pomeria possent esse contigua propter clausuras castallium et deambulatorum que ca ad claritatem et sanitatem confert. Esset autem in edificiis construendis quam multa particularia dicenda ut qualis debeat esse cella vinaria quia debet esse frigida obscura opposita

septentrioni. Debet esse longe ab aquis ut a cisternis et fluviis et longe a stabulis furno et sterquilinio. Sic et particulares condiciones edificiorum distingui possent. Sed quia talia nimis particularia sunt edificatoris industrie relinquntur.

Dicto de edificiis secundum ordinem superius enarratum restat dicere de possessionibus. Possumus autem triplici via venari quod rerum possessio est homini quodammodo naturalis. Prima sumitur ex utilitate vite. Secunda ex dignitate hominis. Tercia ex racione nature. Si enim homines naturaliter vivunt in societate politica et quodammodo homo naturaliter ut in prima parte huius secundi libri diffusius probabatur. Oportet quodammodo naturale esse que sunt necessaria in vita politica. Secundum enim philosophum primo politicorum rerum naturalis est rerum possessio in gubernacione domus. Si quis debeat politice vivere eo ergo ipso quod rerum possessio deservit naturaliter

Vite est quodam modo homi
naturalis. Tertia via ad inve
stigandum hoc dominium et di
gnitatem humanam. Eo enim ipso
quod homo rerum corporalium et sensi
bilium est creaturarum dignis
sima. hoc naturale domini
um super ipsa. Sic naturale est ho
mini quod dominetur istis sensibi
libus et quod possit eis uti in
suo obsequio. Et quod hoc est quodam
modo possidere ea. Ideo eorum
possessio est ei naturalis. Unde et
philosophus primo pol. ubi probat pos
sessionem talium esse naturalem ait
quod hominum ad bestias naturale est
iustum bellum. Eo enim quod bestie
debent esse hominum subiecte debent
ordinari in obsequium eius. Si ipse
refugiat obsequium hominum homo
contra ipsas bellat tanquam con
tra ea quibus natura dominatur.
Sicut ergo homo naturaliter dominatur
bestiis. sic et naturaliter dominatur
aliis exterioribus rebus. Quod
non esset nisi rerum possessio quo
dam modo naturalis esset. Quarta via
sumitur ex actione nature. Nam si
in generatione natura non deficit (prima)
aliis sed naturaliter preparat eis debitum
nutrimentum congruum est quod non de
ficiat eis in perfectis. Si enim di
minora sunt perfecta imperfectis et ip
sis imperfectis aliis preparatur de
bitum alimentum a natura mul

to magis hoc preparabitur eis id
quod necesse perfectis. Aliud ad quedam
omnificat. quedam non adsificat.
In aliis ad facientibus ova (ovum)
ut in gallinis et avibus sic natura ordina
vit ponens in ipsis ovis album
et rubeum ita quod ex albo generatum
animal et rubeum cedit in nutrimen
tum eius. Animali ergo existenti intra
testam ovi non deficit quin provi
deat ei de debito nutrimento. Sic
et in aliis naturis vel generatum
natura non deficit quin ad nutri
mentum quod statim sollicita est
mittere lac in mamillas matris
ut ex eo aliud genita nutriri
possint. Si ergo natura et aliis imper
fectis natura preparat nutrimentum et
iura vite multo magis hoc
faciet aliis perfectis. Ideo ait
philosophus in primo pol. quod hoc idest
res a quibus nutrimentum accipimus
primo date sunt nobis a natura.
Naturale est ergo nobis habere
res exteriores et hoc dominium
rerum exteriorum est homini quodam
modo naturale. Quod natura produxit
hodie sensibilia propter hominem.
Sumus ergo nos finis quodammodo
omnium ut dicitur 2o physicorum. Cum
ergo talibus abundaret et ipso
in vivere absque dominio exterio
rum rerum non possumus vivere ut
hoc sit eligit sibi vitam celestem
et supra hoc. Sic nube et per

gnacōn pducē sibi silē est
hoc nāle Methaphisice multi
sūt qui volentes vacare maio
ri bono connubia renuunt / tales
enim ut supius dicebatur non
vivunt ut homines / nec sunt ptes civi
tatis sed eligunt sibi vitam sup
homines & dicendi sunt hominibus
meliores Notāle est ergo hoc
ut homo est ut vult pt̄ ipso pos
hēre possessionem et dominium a
quarum rerum exteriorum / ppt suf
ficienciam vite Natura ergo sicut
dedit homini racionē sic fecit a
nimalia plantas et herbas ut
homo eis dominaretur & ut pos
sideret ea & ut susciperet in de
bitum incitatum / sine quo vitam
nam ducere non pt

f
Fuit opinio Socratis
et platonis ut
recitat phūs
2o poli / q esset
utile et expedi
ens civitati q cives ppriis
possessionibus non gauderent / sed omnia
essent eis communia Immo q peyus
est · uxores feminas & filios co
munes esse cives dicebat n.
Socrates & plato eorum discipulus
fuit secundum ipm dicentes q
si nulla habent uxore ppriam

sed quilibet ad quamlibet ppria volun
tate accederet esset sūma uni
tas et sūma dilectio in ci
vitate nunc enim omnes viri dili
gerent omnes feminas tamquam pprias
Sic etiam et hoc omnes diligerent
omnes pueros tamquam filios pprios
eo q nesciret pr quis puer
filius suus esset / sed reputaret
quemlibet suum filium ppriam & diligeret
omnes pueros tamquam natos pprios
Sic ergo Socrates et plato sen
serunt Sed in 3o libro ubi
agetur de regimine civitatis h
opinio diffusius tractabitur suf
ficiat autem ad pns scire quid
senciendum est de possessione
rerum exteriorum / quantum facit ad
regimen & ad gubernacionem domus
Sciendum enim hoc ut plurimum non
habent apetitum corruptum &
ut in pluribus non esset pnum
ad malum / expediret civitati
possessiones cives esse eo q quilibet
bonum de suo curat de bonis
dimittit autem eius bonum in co
mune reductum Nam in bohemia
pulcerimus elucescit Rebus tamen
stantibus ut nunc utile est civi
tati cives gaudere ppriis pos
sessionibus / eo q vita civilis
sit vita communium hominum · homines
enim non sunt tantum adeo pfecti
q essent contenti vivere tali vita
possimus autem et diversis locis in

libris pol(iticorum) accipe tria per que specialiter venari possumus quod expedit civitati cives habere proprias possessiones. Prima via sumitur ut removeatur incuria et invidia. Secunda ut prohibeatur litigium. Tercia ut tollatur inordinacio et confusio. Prima via sic patet. Nam homo diligit a deo se ipsum quod ipse magis solicitus est de bono proprio quam de alieno. Videmus enim quod sic est facile possessiones consumere et devastare et adeo est difficile laborare et per suum lucrum servare et possessiones acquirere. quod in civitate contingit multos egere et esse pauperes non obstante quod cives pro grandibus possessionibus propriis et quod [illegible] circa ea [illegible] circa ipsa bona. Si quis non habeat aliquid proprium sed omnibus civibus essent comunes possessiones cives non sic essent soliciti ad colendas possessiones comunes sicut sunt soliciti ad proprias et ut plurimum contingeret civitatem illam sic ordinatam venire ad inopiam ut cives non possent sibi in vita sufficere. Cum igitur non utile sit quod est utile in casu rebus quo sic se habentibus utile est civitati cives habere possessiones proprias ne propter incuriam circa comunia bona civium patiatur inopiam.

Secunda via ad investigandum sumitur ex remocione litigij ut plurimum enim consurgunt lites et bella inter participantes aliquid comune. Videmus autem ipsos fratres ex eodem patre natos inter quos est propter unitatem ~~[illegible]~~ eorum est amicicia naturalis ut plurimum bellare ad invicem eo quod sit eis comunis hereditas. Certe tanto magis esset dissensio inter ipsos cives inter quos non est tanta amicicia si essent eis possessiones comunes. Tercia via sumitur ex remocione inordinacionis et confusionis. Nam cum plures res possident sic accidit cives si cives non habent possessiones proprias sic accidit eis aliquid accidit propriis ministris. Nam cum hoc sit quilibet ministrorum retrahitur ne faciat quod mandatur sperans alium implere illud quod iubetur propter quod oportet illam rem non perduci ad effectum vel confuse et inordinate fieri. Ut igitur tollatur confusio et inordinacio circa expedientia civitati utile est cives grandes possessiones habere proprias ut magis solicite et magis ordinate et absque litigio capiant et bona et alia fructifera colantur

Philosophus primo politicorum ostendit quod alio et alio victu et horum vivendo contingit alia et alia vita sic ut alius et alius modus vivendi. Sicut enim videmus in aliis et bestiis quod non omnes utuntur eisdem rebus ut ex hiis eundem modum vivendi. Sic et in hominibus hic esse. Quaedam aliqua vivunt ex hiis aqua et pomis non ex fructibus, aqua vero ex rapti. Ideo diversi sunt modi vivendi. Aliud illud aqua vivunt ut ait philosophus gregalia, aliqua sparsa aqua vero vivunt dispersa quia enim sic vivunt ut expedit ad sufficientiam vite et ut melius possunt sibi cibum et nutrimentum capere, hoc ex diversis modis de utuntur exterioribus rebus et non eodem modo vivendi vivunt. Distinguit autem philosophus primo politicorum 4or vitas simpliciores vel modos vivendi eorum ex quibus combinatis resultat alii modi vivendi vel aliae vitae. Est autem vita quaedam scilicet pastualis, venativa, piscativa et furativa. Pastualem autem vitam ducunt viventes ex agricultura vel ex animalibus domesticis. Venativam autem viventes ex silvestribus, piscativam quidam viventes ex piscibus, sed furativam vitam ducunt viventes ex

rapina vel furto. Contingit ad hos modos vivendi combinare quod quidam vivunt pastualem et piscativam, quidam pastualem et venaticam, quidam vero venativam et furtivam, quidam ex omnibus. Quia ex pastuis, piscibus, venationibus et furtis vitam quaerunt. Horum autem modorum modus sed vivendi furativus omnino est illicitus. Alii vero modi possunt esse liciti. Communicantem ex pastuis ut vivere ex agris et animalibus domesticis uti quidem sunt omnes et boni et vere talia licitum est quod natura talia produxit ordinans ea ad usum hominum. Semper enim imperfecta ordinantur ad perfectiora ut aqua et terra quae sunt inanimata ordinantur ad nutrimentum arborum et plantarum tamquam imperfecta ad perfectiora. Arbores vero et plantae tamquam sunt insensibilia ordinantur ad nutrimentum animalium. Quia autem animalia tamquam carentia sunt vegetabilia sensibilia ordinantur ad nutrimentum et sustentationem hominum. Propter quod bene dictum est quod scribitur 1o politicorum quod natura dedit nobis talia ordinavit enim ea ad usum et ad dominium nostrum. Licitum ergo sumere nutrimentum ex agris et animalibus domesticis quare vita pastualis est licita. Sic enim etiam


venatiua et piscatiua desit
sint licita, quia cum homo naturaliter
dominari debeat non solum aliquibus
domesticis, sed et bestiis silve
stribus et piscibus, hoc con
tra talia iustum bellum. ~~Ipse~~
~~cum~~ Ipse quod philosophus velit ipsas
posse venatiuam et piscatiuam
esse vitas licitas. Aliud enim quod
homini ad bestias et aliud aliud
est iustum bellum, ipse enim lo
quendo homines iuste possunt ta
lia capere et ordinare ea in
usum suum. conservatium ad vitam
ipse loquendo est illicita, quia homini
ad homines ipse non est iustum bel
lum. Ubi enim homines aliqui contra
aliquos iuste bellant hoc est prop
ter iniustitiam illi aliquid quod fe
cerunt vel facere [illegible] in ip
sos delinquunt ergo homo offen
dendo hominem, ipse tamen loquendo
non delinquit offendendo besti
as. Ubi autem in offensione bestia
rum est delictum hoc est quia pre
dens iniustitiam hic offensare
redundat in offensam hominis ut
in offensam proprii possessoris
Videtur tamen velle philosophus, quod
non solum homini ad bestias, sed
et homini ad barbaros sit iustum
bellum. Homines enim barbari et sil
vestres quia ab usu rationis de
ficiunt naturaliter debent esse subiecti
hominibus pollentibus subtili
tate et prudentia. Unde

enim velle quod quia sapientes naturaliter
debent dominari insipientibus
iustum habetur bellum contra ipsos
si eis nolunt esse subiecti. Eodem
modo loquendi cives qui magis
vigent prudentia et intellectu
sit hinc bellum contra rusticos
si renuunt subici illis, quos
dignum esse esse dominatos. Cum sic
philosophus sit intellectus videtur
esse licita predatiua vita, quia
licitum esset non solum homines depre
dari et accipere sua, sed etiam eos
accipere in persona. Secundo vero
sciendum quod [illegible] Cum
quia nulli est iniuria facienda
ipse loquendo vita predatiua vel pi
ratica debet illicita iudicari
Debet enim quilibet de proprio vivere
non de usurpatione alieni, quia
ergo decet ipsos cives et multo
magis Reges et principes
vivere vita virtuosa. Ubi volunt
domos proprias debite gubernare
decet eos scire quot sint vite vel
quot sint modi vivendi et
qui illorum sint liciti et qui il
liciti, ita nulla sit virtuose vivere et reb
us sui possessionibus [illegible]
vitam illicite

Omnium vi-
dentur delin-
quere homines
circa appetitum
possessionum
et circa concupiscentiam divitiarum
nunquam enim communiter homines saciantur
possessionibus et divitiis. Unde in
primo politicorum habere tot quin plura vel-
lent. Assignat autem philosophus primo
politicorum duas causas quare concupiscen-
tia divitiarum est infinita.
Prima sumitur ex inordinatione vo-
luntatis, secunda ex falsa estimatione
finis. Prima via sic patet. Nam
ut ipse ait infinita est divi-
tiarum concupiscentia, cum tamen causa
est studere homines circa vivere, non circa
bene vivere. Cum igitur ad ipsum
sed bene vivere divitias volunt
singulos corporales non infinitas
querunt. Bene enim vivere est vi-
vere virtuose. Homines ergo qui non
curant vivere virtuose, sed studium
eorum totum est ut vivant in
corporis voluptates, cum divitie
maxime videantur ut per eas
hoc commode efficere et consequi possit
quod appetit ut melius homines pos-
sint complere quod volunt divi-
tiis et possessionibus non saciantur.
Secunda via ad investigandum sicut
sumitur ex falsa estimacione finis,
nam ut distinguunt philosophus secundo
politicorum et ut supra in libro primo dis-
cussum, alius appetitus finis
et alius eorum que sunt ad finem. Nam
finis appetitus in infinitum, eorum vero

que sunt ad finem cum modo et
mensura ipsius finis. Ut si sit
medici est sanare nunquam possit
medicus tantam sanitatem in-
ducere quin si esset possibile vellet
eam maiorem efficere. Medicus
ergo sanitatem appetit in in-
finitum, sed potiones appetit cir-
ca cum modo et mensura
sanitatis. Concludit ergo homines ex
falsa estimacione habent de fine
et putant ipsum finem in divitiis
esse ponendum appetunt eas in
infinitum. Sed quia ad gubernatorem
domus pertineat non appetere in-
finitas possessiones duplici via
venari possumus. Prima sumitur
ex similitudine quam habet yconomia
et ars gubernativa domus
ad naturam. Secunda ex similitudine quam
habet ad artes alias. Prima via
sic patet. Videmus enim naturam
non solicitari circa nutrimentum in
infinitum. Sed tamen apponit de im-
tenditis quantum requirit ad nutri-
tum ut sicut ex albo ovi natura generat
animal et ex rubeo nutrit ipsum,
non apponit tamen in ovo infini-
tum rubeum, sed tamen apponit ibi
de eo quantum sufficit ad nutri-
mentum illius animalis. Sic et natura
ex menstruo facit animal et ex lacte
nutrit ipsum, non apponit in
uberibus infinitum lac, sed tamen
apponit ibi quod sufficiat ad
nutrimentum aliquo generati. Cum ergo
divitie et possessiones ordinentur
ad nutriendum et ad sufficiendum

vite sic assuet uberem mono
ad infundend aures et lac in v
beribus ad nutriendum fetus
Si gubernator domus non vult secundum
naturam agere sed vult suam dom
regere secundum modum et ordinem na
turalem non debet infinitas divi
tias et possessiones appetere sed cum
tot habet quot secundum exigenciam
sui status bene sufficiant ad gu
bernacionem domus debet illis
esse contentus Alia via ad
investigandum hoc idem sumitur ex
similitudine quam habet ars gub
ernacionis domus ad artes alias
nam possessiones sunt quasi organa artis
gubernacionis domus sicut m
nus martelli et cetera huiusmodi
sunt organa artis fabrilis nam
nulla ars ut ait philosophus primo poli
ticorum habet organa infinita ergo nec
gubernacio domus debet querere infi
nitas divicias sive possessiones
Decet igitur omnes cives et mul
to magis reges et principes
esse contentos tantis possessio
nibus quantas requirit exigencia
sui status Nam non saciari di
viciis et possessionibus ut patet
habita non prodit ex sua esti
macione sumens non ex inordina
tepi voluntatis Tanto ergo dete
stabilius est hoc in regibus et
principibus quam in aliis quanto de
cet eos habere ordinaciorem volun
tatem et meliorem estimacionem
sumens Nam sicut in primo libro Rhetorica
tur detestabilius est in rege
non habere veram estimacionem desi
ne quam in populo eo quod populus a
rege dirigetur. Sic detestabi
lius est in sagittante non cogno
scere signum quam in sagitta eo quod
sagitta a sagittante dirigatur



Si consideretur
dicta philosophi in primo
poli. omnes commu
taciones ad tria com
muni reducuntur
Quarum una est commutacio re
rum ad res ut frumenti ad vinum vel
ad ordeum vel ad alia supplen
cia indigenciam corporalem alia
est commutacio rerum ad numisma
ta vel econverso Tercia est commutacio
numismatum ad numismata ut
cum denarii argentei commutantur
in aureos vel econverso vel numisma
ta regionis unius commutantur in
numismata regionis alterius Ut
ergo sciamus quo huiusmodi commuta
ciones oportuit introduci sciendum
quod si non esset nisi civitas domus que
est civitas prima nulla commuta
cio esset necessaria Nam in domo pa
trisfamilias dominatur unus est
provide omnibus existentibus
in domo Sic ergo commutacio facta
ad subveniendum domui fit a pre

familias vel per se vel per procura-
tores intermedios. Sed in ipsius
patrisfamilias est tanta indige-
ntia domestica sublevare. Sed
vel eiusdem ad seipsum non sit
nec emptio nec venditio nec
commutatio. Videtur igitur dicendum esse
quod dicebatur supra posuimus quod in prima co-
munitate que est domus manifestum
est nullum esse opus ipsius commu-
tationis. Quare propter alias communita-
tes est commutatio introducta.
Et ut alie communitates a commu-
nitate domus ut civitas vici vel civitatis
vel totius regni vel provincie
vel et diversarum negociorum vel
diversarum provinciarum. Alia enim
indigencia ad vitam non invenie-
tur in toto uno regno propter quod
oportet distinguere agros per diver-
sas suas partes ut per diversa re-
gna et regiones crescendo aroma-
ta et alia que requiruntur ad
vitam. Propter enim diversum aspectum
siderum et plantarum agri illi
habundant partes aliqui quibus
non habundant frugibus vel econverso.
Propter quod non solum oportet commutari
adinvicem hos unius civitatis
aut unius provincie sed et diver-
sarum provinciarum et diversorum re-
gnorum. Propter hoc ergo commutationes
introducte sunt ille tres partes
commutationis. Nam si ad civitatem
vici vel civitatis aliquid suffi-
ceret commutatio rerum ad res. Sed

ad commutationem que habetur
in toto regno oportuit intro-
duci commutationem rerum ad dena-
rios et econverso. Rursus si in
civitate domus totius regni
sufficeret commutatio rerum ad
denarios et econverso, in civitate vero
que est diversorum regnorum et provin-
ciarum oportuit introduci non
solum commutationem rerum ad res
vel ad denarios, sed et dena-
riorum ad denarios. Antiquitus
enim homines ut satis innuit philosophus
primo politicorum in sua simplicitate
viventes quasi solum commutabant
res ad res ut si unus habun-
dabat in vino et alius in fru-
mento commutabant vinum ad
frumentum et per hunc modum commuta-
tionis subveniebant sibi ad suffi-
cientiam vite. Qui modus ut
ipse ait adhuc observatur apud
multas barbaras naciones que non
habentes denarios usum solum
res ipsas commutant. Sed iste
modus forte in uno vico
vel in una villa observari
posset. Sed in toto uno regno
vel in tota una provincia
si provincia illa esset magne
latitudinis commode observari
non posset. Nam vinum frumentum
et talia quibus indigemus
ad vitam sunt magni ponderis
et commode ad partes longinquas
portari non possent. Oportuit ergo
invenire aliquid quod esset por-

tabile et quod esset pulcrum et
utile per quod invenire possent
victualia, secundum autem maxime
est argentum et aurum que inter
cetera metalla sunt pulcriora
et sic utiliora et honorabili-
ora. Res enim que possunt fieri
vasa que sunt omnibus utilia et
honorabilia, quibus sectis in-
debitur utens illis esse in ho-
nore et gloria. Postea ergo inven- Denarii
te sunt commutaciones rerum ad
metalla solum secundum pondera
ut volentes habere tantum vini
oportebat dare tantum ponde-
ris argenti vel auri vel al-
terius metalli ut placebat
tunc principibus populis vel regibus
instituere. Sed quia difficile e-
rat in omni empcione et ven-
dicione sic ponderare metalla
ut ementes et vendentes
absolverentur ab hujusmodi pon-
dere in ipsis metallis sculptum
fuit aliquod signum ut imago prin-
cipis vel aliquod aliud signum
publicum per cujus inscripcionem
sciretur quanti ponderis et quan-
ti valoris esset illud metallum.
Sic ergo modo inventi sunt dena-
rii et numismata cum esset
quodammodo fidejussor vel pro
quo status cum valore eorum veri
per pessima suppleencia indi-
gencia vite. In toto ergo
Como regno ne in minus grana

rentur. Nos commorantes i-
psa vel etiam una parte regni
oportebat eos vertere ad ali-
am portando secum victualia Denarii
onerosa inventi sunt dena-
rii quorum est defacilis quia por-
tabiles per cujus commutacionem
victualia inveniuntur et nunc
commutaciones rerum ad denarios
et ergo forte sufficeret in uno
regno vel in una provincia si
quis in diversis regnis diversi dominan-
tur ut essent denarii videtur
commorantes in diversis provinciis
per commutaciones rerum ad res et
rerum ad numismata oportu-
it invenire commutaciones nu-
mismatum ad numismata. Patet
ergo quot sunt commutaciones et quomodo
sunt invente et que sit fuit ne-
cessitas invenire denarios. De-
cet ergo prudentem preesse fa-
milias et doctum gubernatorem
cognoscere quod oportet sic commuta-
ciones tales et ad quid deser-
viunt ut hoc cognoscendo me-
lius sciat sic demum providere.

C onveniente
post tractatum
de possessionibus
tractatur de im-
mutationibus vel

habe possessiones et habundare viu
et frumento e habundare i diviciis naturalibus
Sed habundare in denariis et nu
misinatibus utique per se sumptum sto
pot esse habundare in diviciis ar
tificialibus / sicut ergo ars naturam p
supponit et ubi desinit operatio
nature ibi incipit operatio artis
Igitur post tractatum de possessioni
bus ex quibus oriuntur divicie
naturales annectitur tractatus de
numismatibus que sunt divicie ar
tificiales quae sunt post possessiones
determinandum est de numismati
bus / primo ergo quomodo que sunt
necessitas invenire numisma et
pecuniam. Restat dicere quot sunt species
pecuniative distinguunt ad presens
3o possunt colligi species pecunie / videlicet na
turalem campsoriam obolostaticam
et cachos sive usuram. hiis
enim tribus modis possideri con
suevit multitudo pecunie /
prima ergo species pecuniative dicitur esse
quasi naturalis que fit ex eo quod res in pe
cuniam commutantur Si enim ergo
habundat vino et frumento que
natura producuntur / et eis pecuniam
suscipit talis pecuniativa quasi naturalis
dicetur quia a rebus naturalibus incipit
Secunda species pecuniative dicitur esse campso
ria. Hec enim 2m philosophum primo potest for
te primitus casu et semper inven
ta sunt. sed deinde per experien
ciam iam est artificialis effectum Cum
enim numisma fuit longinquo pluri
vali in propria regione / accidit ergo for
te aliquos habere numismata que
non multum appreciabantur in regi
one sua / eo quod non esset propria
regionis illi / Talibus ergo casu euntibus
ad in regiones illas quibus
illa numismata erant propria
et portantibus numismata ca
accidit eos plus accipere pro illis nu
mismatibus illis quam in propriis par
tibus propter quod casu campso
ria prius sunt sed ex hoc casu ars
sumpsit originem ut propria homines
artificialiter considerarent que
numismata in quibus partibus
expenduntur / ut propria campsoria
artificialiter effectum esset causa
lucrandi pecuniam. hec enim pe
cuniativa naturalis dici non debet
quia nec a rebus naturalibus incipit
nec ad naturalia terminatur. Sed in
ea 2m philosophum primo potest dena
rius esse terminus et tamen idem
principium et finis. Incipit enim hec
ars a denario quem dat et ter
minatur ad denarium quem recipit
Unde ibi denarius finis et prin
cipium dici debet. Tercia species pe
cuniative est obolostatica vel
ponderis excessiva que for
te sic inventa fuit cum sic
metalli massa in denarios
dividitur et imprimitur ibi signum
publicum hic alii natura consona
inveniente ut possent raro fi
enda vel possent aliquod aliud de
narii resolvuntur in massam

Accidit ergo forte quod totis de-
nariis unus conflat massam
maioris ponderis quam primo ea
sic ars sumpsit originem ut bene
denarii ponderarentur ut qui
essent maioris ponderis resolve-
rentur in massam ut ex hoc
lucrum haberi possit. Ars ergo
ista obolostatica sive ponderis
electissima quod electissimi pondere
qui inveniuntur in denariis sed
post originem. Tertia species pecunia-
tive dicitur esse Tokos quod in
latino sonat quod partus
videtur enim hic ars parere et
generare denarios quam nos
communi nomine appellamus usuram
nichil enim aliquid crescit in se
ipsis nisi per partum vel per generationem
ut si aliquis habet decem oves pro-
pria in capite anni habeat vi-
ginti hic est quod ille oves ge-
neraverunt et pepererunt alias
decem. Sic quibus ergo quod decem
denariis post aliquod tempus vult
habere undecim quod fieri
pecuniatum usurarium ut pla-
ne patet vult quod illi denarii
pariant et generent. Recte ergo
usura in toto est vocata quasi
denariorum partus. hanc vocat
Tokos secundum philosophum in politicis sed
la prima que est scilicet yconomi-
ca et naturalis est laudabilis
alie vero tres secundum ipsum multo

vituperantur. Nam omnis ars que
a denariis incipit et ad dena-
rios terminatur quod videtur in
denariis sine pondere. Campsoria
dicitur et obolostatica et usura
quia totum in pecuniis consistunt
quia a pecunia incipiunt et ad
pecuniam terminantur vituperande
sunt secundum philosophum. Nimis enim videtur
denariorum cupiditas cum actus
a denariis incipiunt et in de-
nariis terminantur. Cum igitur sit
de campsoria et obolostatica
usura tamen est simpliciter et de omnibus
detestanda ut in sequenti capitulo
parebit. Usuras enim nescire
Rex debet. Campsoria tamen et
obolostatica si mercatoribus
vel quibusdam aliis permittantur
Regibus tamen et principibus quos
decet esse hic [illegible] quare non
conveniunt nec species pecunia-
tive nisi tertia yconomica et na-
turalis. Decet enim ipsos habun-
dare in possessionibus et in rediti-
bus quorum fructu pro defen-
sione regni et pro aliis necessariis
possint habundare pecunia.

Q[uare] vocata sit pecu-
niatio [illegible] quam ph[ilosophus]
appellat Tokos sed

duplici nomine nominatur sic du-
plici via investigare possumus
eam detestabilem esse. Voca-
tur enim primo denariorum par-
tus. Secundo nomine appellatur usura.
Primo vocatur eam contra naturam
esse. Nam parere et generare et
multiplicari in se ipsis competit
naturalibus et est contra naturam
artificialium. Unde propria enim et ar-
te quod sunt artificialia constituta
quod sola existat nichilominus se ipsa mul-
tiplicat. Naturalia vero quia sunt res na-
turales suo modo generant
et pariunt et se ipsa augent. Vo-
lens igitur denarios ipsos in
se ipsis multiplicari ut quod decem
post lapsum temporis fiat viginti, vult
quod artificialia se ipsa multipli-
cent. Et hoc est contra naturam
artificialium, cum denarius sit quid
artificiale. Bene dictum est quod
de primo vocabulo usuram esse quid
detestabile et contra naturam.
Secundo huiusmodi pecuniationem possumus
ostendere detestabilem esse ex secundo
nomine quo nominatur. Vocatur quia dicitur
usura quod quasi idem est quod rapi-
na usus. In usura enim usus
rapitur et usurpatur quia ubi
venditur bis vel venditur ibi
usus qui non est suus. Ad cuius
evidenciam sciendum quod licet aliud
sit res et aliud usus rei, ut a-
liud est domus, aliud inhabitare ip-
sam. In aliquibus tamen nequit conces-

usura

sio usus separari potest a concessione
substancie. In quibus videlicet igitur potest
concedi usus rei absque eo quod con-
cedatur eius substancia, potest inde accipi
precium dato quod res illa in nul-
lo deterioretur. Sed si non potest con-
cedi usus absque concessione substan-
tie, ad talem usum non expen-
sio aliqua accipienda. Quod si ac-
cipiatur erit ibi usura et ra-
pina usus. Cum ergo usus domus
sit domum inhabitare, non sit do-
mum alienare, possessor domus
potest concedere usum domus ut
inhabitetur absque eo quod concedat
substanciam eius. Et quia cum alia substancia
eius est usus. Quandum substancia est
ipsius usus pertinet ad ipsum
vendentem ergo quod suum est
et quod pertinet ad ipsum licite potest
et nulli iniuriatur. Vendens
ergo rapit nec usurpat sed reti-
nens sibi dominium domus
vendit inhabitacionem et usum eius.
In denariis autem non sic quia
usus ipsius denariorum est ex-
pendere et alienare denari-
os. Nullus ergo potest concedi usus
ipsius denarii nisi concedatur
eius substancia, cum ad talem usum
oporteat ipsam substanciam alienare.
Prima ergo accidens a substancia de-
pendet et usus ex ipsa re sum-
mit originem. Bene dictum est quod
cum est substancia eius est usus vo-

lens quo accipere pensionem de u-
su denariorum dicitur committere usu-
ram non dicitur usurpare non rapere usum
quia concedendo usum denarii conce-
dit substantiam eius. concedendo vero substantiam
non ulterius spectat ad ipsum usus
eius. quare si de usu pensionem
accipiat vendit quod non est suum
non accipit de eo quod non spectat
ad ipsum vel ad non ulterius spectet ad
ad usus denarii e contrario eius
substantiam iam concessit Advertendum tamen
quod ut aut plures primo pol. quod cum
licet rei est duplex usus unus
proprius alius non proprius usus proprius
denarii est ipsum commuta-
re sive expendere et alienare
Usus vero non proprius est et apparere
multi enim ostendunt denarios
suos non ad expendendum sed
ad apparendum ut videantur di-
vites Dicit et usus proprius domus
est inhabitare non proprius est ipsam
vendere non commutare Multi
enim domos fabricant non ad in-
habitandum sed ad vendendum
De omni ergo usu sive sit proprius
sive non proprius potest accipi pen-
sio si usus ille concedi possit
absque concessione substantie Ex quo
plane patet contrario esse de de-
nariis et de aliis rebus nam
de usu proprio denariorum non
potest accipi pensio absque usura
quia talis usus concedi non potest absque
concessione substantie Sed de usu

non proprio potest ut si quis vellet
numismata non ad expendendum
sed ad apparendum quod forte nonnul-
li torrentes mercatores faciunt qui ut
appareant divites et ut alicui
cuius apud eos deponant pecunias
huius coram se multitudinem pecunie
ad quod possit concedere denarios
ad talem usum vel ad apparendum
absque eo quod concedat substantiam eorum
Si hic non de denariis pensionem
acciperet forte aliter peccaret usu-
ram tamen non committeret In rebus autem
aliis ut plurimum contingit contrario
ut in usu non commitatur usura
nam quod inhabitatio que est proprius
usus domus concedi potest absque
concessione substantie eius si de hoc
pensio accipiatur nulla usura
committitur Sed si quis domum de-
derit non commutaret quod non est proprius
usus eius dato quod non statim pe-
cuniam reciperet si pro usu do-
mus vellet ulteriorem pecuniam
recipere usuram committeret quia iam
usus non spectabat ad ipsum propter pre-
dictam concessionem eius substantie ideo
quod dicitur usura quia ibi venditur u-
sus qui non spectat ad creditorem
quod contra naturam est Verum quod
reges et principes si volunt naturaliter fideliter
dominari prohibeant usuras ne fiat
eo quod iuri naturali contradicat

Circa finem primi politicorum distinguit philosophus quatuor modos quibus numismata acquiruntur. Contingit enim hoc fieri quatuor viis. Quarum una dicitur possessoria, secunda mercatoria, tertia mercenaria vel conducta, quarta est commutalis. Ista artificia. Prima via possessoria acquiritur pecunia quando quis possessionibus habundans ex fructibus earum pecuniam acquirit. Ut docet enim secundo yconomice philosophus yconomicum et dispensatorem domorum esse expertum circa possessiones scilicet de eo que sunt magis fructifere et ex quibus potest melius subveniri indigentie domestice sive gubernationem domus. Hoc autem fieri contingit quod si sciatur que in quibus partibus habundat et quod illis alibi habundet, et que in partibus illis in quibus consistit melius conservatur. Hoc autem quod sciri possit et qualis circa possessiones quibus se habere debeat et quales aves et alia quadrupedia conveniuntur et que terra magis valeat pro agricultura que magis ad vineas plantandas et qualis circa arbores est congrua dispositio. Plenius pertractare eo quod alii de talibus sufficienter tradiderunt videmus. Palladius enim multa hodie enarravit. Secunda via utilis ad pecuniam acquirendam dicitur esse mercatoria. Eo quod quis per mare vel per terram defert mercationes aliquas vel assistit deferentibus mercationes has. Dividit enim secundo philosophus mercatoriam in tres partes in nauclaream que fit per mare, et per terram et ponderis portativam que fit per terram et assistricem. Tertia via acquirendi pecuniam dicitur esse mercenaria vel conducta, ut eo quod quis ipse in mercedis vel precio conductus aliqua operatur. Quarta via dicitur esse commutalis. Commutatio enim particularium est ad quod quis nomina particularia scilicet aliquorum rerum quibus pecuniam possit lucrari dicitur esse lucrativam commutationalem. Recitat enim philosophus duo particularia gesta quibus sint pecuniam adquisita. Primum est illud quod fecit Tales Milesius unus de septem sapientibus qui in primo philosophari reperitur. Ipse enim cum esset pauper et improperaretur sibi a multis cur philosopharetur et ad quid valeret philosophia, sciens eo quod esset in egestate voluit ipse non denariorum cupidus sed ut ostenderet quod facile esset philosophis ditari. Sciens circa talia cum genere vidit per astronomiam futuram esse magnam copiam olivarum

ab omnibus incolis regionis
illius emit totum oleum quod re
collecturi erant in anno futuro
Anticipata ergo pecunia et data ar
ra bona pro futuro oleo, tunc quia
nullus poterat vendere oleum nisi
ipse solus ferrum vendebat
lucrabatur pecuniam ut volebat
Ista certe enim ars augentia di
vicias secundum philosophum est facere mo
nopolium, id est facere vendicionem uni
cam quia ubi unus solus vendit
taxat precium pro sue volunta
tis arbitrio volentes ergo pe
cuniam acquirere oportet quod et similia
gesta particularia per que aliqui
pecuniam sunt lucrati habeamus
memoria ut si occurrat oppor
tunitas per similia gesta dicunt tunc
illa sic licita pecuniam lucra
retur Alia via dicitur esse ar
tificia quod quis per arte sua a
qua acquirit vel que pecuniam
lucratur Nam licet finis artis
militaris sit victoria et me
dicinalis sit sanitas singule
tamen artes quasi ad pecuniam ordina
bunt vel ex opere et arte sua
pecuniam intendunt medici enim
et fabri domificatores et eciam ipsi
milites vel stipendarii fuerint
pecuniam intendunt Decet
ergo quibus volentes secundum vitam
politicam providere indigencie dome
stice habere omnia hec acquisicioni
pecunie secundum quod exigit status
suus Apud reges autem et prin
cipes inter vias tactas sole due
videntur esse utiles possessoria
et campsoria Decet enim eos non
ipsos nec per alios esse campsores scire
vero condiciones particulares regni
et gesta particularia predecessorum
suorum secundum que licite pecuniam
acquirebant debent enim consuetudines lau
dabiles consuetudines regni
et tristabilem. Hec enim sibi
invicem per vocem significant.
Canis enim eo quod aliud latrat
cum delectatur et cum tristatur
propter aliud tamen per suum latratum
sentit tristiciam et delectacionem quam
habet. Sed hominibus ultra hoc data
est sermo per quem distincte sentiunt
quid conferens et quid nocivum
et quid iustum et quid iniustum. Si
ergo civitas domestica ordinatur
ad prosequendum conferens et ad
fugiendum nocivum, communitas vero
civitatis plus hoc ordinatur
ad prosequendum iustum et ad fugien
dum iniustum. Si oportet communitatem
domesticam et civilem esse quid
naturale. Tertio si natura dedit
homini sermonem naturalis est illa co
munitas que ordinatur ad illa
que sunt apta exprimi per sermonem

iustum est et iniustum non proprie
sed in comunitate domestica esse
sed in comunitate civili. In civitate
enim ubi cives habent possessiones
proprias et distinctas consurgunt
lites et litigia et ideo ibi oportet
discerni quid iustum et quid non
iustum. Et quid non proprie sit in domo
ubi tota ad patrem familias perti
nere videtur. Differt ergo civitas
a domo quia in ea non solum discer
nitur quid conferens et quid nocivum
sed et quid iustum et quid iniustum.
Contrarium vero communitas erit naturalis
tam domestica quam civilis eo quod
per sermonem nobis datum a natura
representatur conferens et nocivum
et iustum et iniustum. Tercia
via ad investigandum hoc sumi
tur ex parte impetus naturalis nam
omnia animalia habent naturalem im
petum ad consequendum ea que sunt
eis a natura tributa. Sicut si natura
dedit homini [illegible] dedit ei na
turalem impetum ad faciendum ea
per que possit sibi in vita sufficere
hoc autem maxime contingit secundum
politicam per comunitatem civilem eo
quod civitas debeat esse conten
tiva omnium que ad vitam sufficiunt.
Inerit ergo hominibus impetus na
turalis ad vivendum politice et
ad constituendum civitatem. Sed
cum id ad quod habemus impe
tum naturalem sit secundum naturam oportet
civitatem esse quid naturale vel
esse quid secundum naturam

p Possumus autem tri-
plici via osten-
dere quod propter commu-
nitatem civitatis
utile fuit humane vite constitu-
i et communitatem regni. Prima vi-
a sumitur ex parte sufficiencie
vite. Secunda ex parte adeptionis virtu-
tis. Tertia ex parte defensionis
et remotionis impedimentorum ho-
stium. Prima via sic patet, nam
cum aut plures vicos vel quod com-
munitas perfecta que est civitas constans
ex pluribus vicis est habens
terminum omnis per se sufficiencie vi-
te. Non sic intelligendum est quod propter hoc
ad civitatem et per se possessiones
habeat omnia que requiruntur ad
vitam, sed sufficit civitati si ex ne-
cessitate quod per mercatores et per poder-
portativam et humanam industri-
am facile haberi possit suffi-
ciencia vite. Dicitur ergo vicus
in quo exercetur ars fabrilis in-
diget vico alio in quo exerce-
tur ars textoria eo quod homo
ad sufficienciam vite indiget
operibus tam fabrorum quam texto-
rum. Sic et contingit civitates
aliquas habundare in uno
et deficere in secundo in quo con-
tingit et civitates alias habun-
dare. Ergo civitatem unam in-
digere auxilio alterius. Continuare

sicut utile est humane vite quod
[illegible] civitate congregari. Sed
sicut vicos ut facilius habean-
tur que requiruntur ad vitam,
sic utile est civitates plu-
res congregari sub uno prin-
cipatu aut sub uno regno
ut facilius et melius sibi
invicem subveniant quantum ad ea
quibus indigent in vita. Nam
sicut diversa membra corporis
non eundem actum habent et unum
indiget alterius opere, propter quod
utile est ipsis membris congre-
gari in uno corpore ut sibi
invicem subveniant, sic quia non
omnes civitates habundant in
eisdem utile est eis congrega-
ri sub uno regno ut melius
possint sibi invicem subvenire
in hiis que requiruntur ad
sufficienciam vite. Secunda
via ad investigandum hoc
sumitur ex parte adeptionis virtu-
tis. Intendit enim legislator
ut supra tangebatur non so-
lum esse debet ut cives ha-
beant que requiruntur ad suf-
ficienciam vite ad supplendam
indigenciam corporalem sed et ut
vivant secundum legem et virtuose.
Immo tanto principalius debet
intendere hoc quam illud quanto
anima est potior corpore et quanto
operationes virtuose excellunt ex-
teriora bona. Ex parte ergo virtutis
civitatis habere civiles potentiam

ut possint cogere et punire
volentes virtuose vivere et tur
bantes pacem et bonum statum
aliorum civium. Cum autem quis principans
sit in civitate aliqua non audet
insurgere contra principem si
sciat ipsum habere magnam civi
lem potentiam et dominari in om
nibus multis si constet de prin
cipe quod iuste regat et quod non
convertatur in tirannum expedit
civitatibus propter virtuose vivere
et propter conservare pacem congre
gari sub uno regno quod si ty
rannus princeps tirannisare vellet. Quanto
maiorem habet potentiam tanto ma
gis esset expediens civitati.

Tercia via ad investigandum
hoc sumitur ex parte defensio
nis et remotionis impedimentorum
hostium. Videmus enim quod quando
una civitas impugnatur con
federat se civitati alii ut me
lius possit resistere impugnationi
hostium. Cum ergo regnum sit con
federatio quedam pluralitatem civi
tatum eo quod uniantur sub uno prin
cipe vel rege cuius est quamlibet
partem regni defendere et ordina
re civilem potentiam aliarum
civitatum ad defensionem cuiuslibet
civitatis regni si contingat
eam ab extraneis impugnari
propter fortiorem defensionem et
tuitionem utile fuit ex pluribus
civitatibus politicis constitue
re constituere unam communi
tatem regni

Generationis
civitatis et re
gni duos modos
possumus assi
gnare quorum quilibet est quasi
naturalis alter vero est natura
lior altero. Primus modus et ille
de quo supra in secundo libro fe
cimus mentionem ubi diximus
quod propter crescere filiorum colla
teraneos et nepotum domus
propter crescere in vicum. Vicus in
civitatem. Civitas in regnum.
Alius modus est ex concordia
constituendi civitatem. Quod ut
recitat philosophus 2o politicorum antiquitus
homines morabantur dispersi velut
tempore Alexandri alis cuilibet
contingebat. Fuit quedam gentes
que vocabantur Kartades et
quilibet per se morabatur. Homines
ergo sic dispersi morantes aliis con
cordabantur in unum constituen
tes sibi civitatem aliquam in qua
simul morantes habere possent suf
ficientius et habundantius que
requiruntur ad indigentiam
vite. Sic ergo modo posset fieri con
stitucio regni ut si multe civi
tates et castra sibi confederarent
et concordarent ut sub uno re
ge existerent [illegible] [illegible] ergo

potenciam utrique ad hoc modo est naturalis sed prima est naturalior secundo. Prima enim constitucio civitatis et regni est dupliciter naturalis. Primo quidem naturalis est quia constituitur ex generacione que est opus nature. Secundo naturalis existit quia homines habent impetum ad constituendum civitatem et regnum. Sic enim per generacionem crescentibus filiis et nepotibus in eadem domo et non valentibus simul habitare faciunt sibi plures domos et constituunt vicum et ulterius crescentibus et non valentibus habitare in uno vico faciunt sibi vicos plures et constituunt civitatem. Amplius autem ipsis crescentibus et non valentibus habitare in una civitate fabricant sibi civitates plures et constituunt regnum. Talis constitucio regni et civitatis est maxime naturalis non solum quia homines habent naturalem impetum ad talem constitucionem sed et quia talis huiusmodi constitucio procedit ex generacione filiorum que est opus nature. Secundus autem modus constitucionis regni et civitatis est per concordiam hominum. Talis constitucio licet esse licet non sit adeo naturalis ut prima, attamen naturalis est quia homines ipsi omnes habent naturalem impetum ut concordent civitatem constituere in qua reperiuntur sufficientia ad vitam. Sic et habent naturalem impetum ut constituant principatum et regnum, quia per talem constitucionem possunt magis pacifice vivere et magis resistere hostibus volentibus impugnare ipsos. Est enim habere impetus naturalis non solum quia homines naturaliter habent impetum ut pacifice vivant et ut facilius resistant hostibus quod fit per societatem principatus et regni. Tercia enim civitates non consisterent sub uno rege plures guerras et discordias haberent adinvicem. Similiter ut duobus modis generacionis et regni quorum quilibet dici potest naturalis possumus addere modum bestialem qui maxime est semper violentus. Non enim homines diversi morabantur poterant quamvis insurgere per tyrannidem et violenciam. Et dominari eis et ut facilius eis dominarentur poterant eos violenter congregare in unum et constituere inde civitatem. Sic et regnum per violenciam et per tyrannidem constitui possunt ut si quis dominans alicui civitati per tyrannidem et per civilem potenciam opprimat civitates alias et faciat se regem constitui super illas. Cum ergo diversos esse modos generacionis civitatis et regni restat videre in quot partes oportet hunc tercium librum dividere in quo de huiusmodi regimine tractaturi sumus. Patet ex dictis naturalem generacionem

ciuitatis et regni ordinari ad
bene viuendum et ad pacifice vi
uendum et ad resistendum volentibus
turbare pacem et impugnare
ciues. Ostendendum est ergo qualiter
possit bene regi ciuitas siue
regnum tempore pacis et qualiter
impugnandi sint hostes
tempore belli. Tercium est ut patet
per philosophum in 2o metheaurorum
et circa finem elencorum nul
lus sibi sufficit in inueniendo
de arte aliqua sed oportet adhuc
inniti per auxilium precedenci
um tradencium noticiam aliquam
de arte illa. Ideo oportet propter
sufficienciam artis regiminis
ciuitatis et regni recitare
quid senserunt philosophi de regi
mine regie et quomodo antiquitus rege
bantur ciuitates. Ita ergo hic
aliqualiter manuducemur ad
sciendum quid vitandum et pro
sequendum sit in regimine regni
ciuitatum et ciuitatis. Totum ergo hunc
librum diuidemus in tres partes
nam primo narrabimus opiniones
philosophorum circa regimen ciuile
et reprobabimus ea in quibus
visi sunt non bene sentire circa
huiusmodi regimen. Recitabi
tur ergo regia instituta ab
antiquis philosophis ut per eorum
noticiam manuducamur re
ges et principes quomodo regere
debeant ciuitates et regna. 2o
ostendetur quae sit optima poli
cia siue optimum regimen
et quibus cautelis vti debeant
et quomodo tempore pacis propter viuere suf
ficienter virtuose regenda sit ci
uitas et regnum. 3o manife
stabitur quomodo eligendi sunt pu
gnatores et quales impugnan
di sunt hostes et quomodo ordinande
sunt acies bellorum et quibus cau
telis vti debeant bellantes

Socrates autem cum
phisicus esset circa
naturas rerum
videns esse naturales
~~phisicas~~ scientias magnam difficultatem esse ut nar
rat philosophus in metaphysica sua conuer
tit se ad moralia quem plato
sicut discipulus in multis se
cutus est. Propter quod philosophus plu
ries 2o politicorum Socratem appellat
determinando autem Socrates et
plato de moralibus quicquid videtur
tetigisse circa ciuitatem et regimen
ciuile. Primum est quod dixerunt ciui
tatem maxime debere esse vnam
quod forte ideo hoc opinati sunt
quia sicut multitudo ab vnitate pro
cedit et sicut vnitas videtur esse
potior multitudine. Sic primam
causam deus ipse quia est summe v
nus arguitur esse summe bonus
videtur ergo ciuitas potissime esse

bona si sit potissime una. Quanto igitur plus ad unitatem procedit, tanto plus appropinquat ad terminum bonitatis. Secundum autem quod circa civitatem statuerunt dicti philosophi quod dixerunt omnia esse communia ut quod haberent communes possessiones communes uxores ut quantum attendebat ad quantum et primus haberent communes filios. Racio quare promoverunt usum feriarum patres non cognoscerent de propriis filiis reputarent omnia puerorum esse filium proprium. Videbatur enim Socrati et Platoni totam dissensionem civitatis consurgere ex proprietate possessionum et eciam quod quilibet intitur dicere hoc est meum. Quare ut arguebat si possessiones essent communes et omnes unum haberent proprium cessarent lites et iurgia et esset civitas optime ordinata. Volebat eciam uxores esse communes quia ex hoc consurgeret maxima delectacio et dileccio inter omnes. Nam uxoribus non existentibus propriis sed omnibus essent communes filii et quia patrum ad filios est maxima dileccio in civitate illa. Esset maxima amor eo quod antiquiores diligerent omnes iuniores ut filios et iuniores eos diligerent sicut patres. Posuerunt ergo huiusmodi communitatem uxorum et filiorum ut esset maxima unitas et maxima dileccio in civitate. Nam ad sit maxima unitas et maxima dileccio patrum ad filios antiquiores reputabant se habere maxime unitatem cum iunioribus et ergo credebant eos filios suos. Illi vero estimarentur eos esse suos patres. Tercium quod dicti philosophi circa regimen civitatis senserunt est quod dixerunt mulieres instruendas esse ad opera bellica et debere bellare sicut et viri. Inducebantur autem ad hoc ut philosophus recitat 2o politicorum ex hiis que videbant in bestiis et in avibus aliis in quibus non solum bellant masculi sed et femine. Primo et in bestiis et in avibus ex rapina ferociores esse femine videntur quam mares. Nam si consideramus aves rapaces invenies ex rapina maiores corpore et audaciores corde et pugnatores viribus sunt femelle quam masculi ut accipitres et aquile et austrices ut dicitur sunt omnes femelle. Omnium masculi sunt viliores eis. Cum nature sic in avibus aliis hoc videmus quod non solum bellant mares sed et femine quod maxime videtur esse secundum ordinem naturalem in quo convenimus cum aliis animalibus videtur civitas maxime esse naturaliter ordinata si ad opera bellica ordinentur non solum viri sed et mulieres. Quartum quod dixerunt instituendum esse in civitate est quod semper volebant eorum principa

et esse in magistratu ut qui
erant officiales semper officia
haberent et qui prepositi semper
prepositi etc. De magistratibus
aliis assumebat etc. ad hoc
enim de terra Credemus enim par
tes terre in quibus habundat
vena argenti sic se habere
Dicit ad naturam sic agit quod ve
na auri non continetur in ve
na argenti nec in vena ferri
et ergo quod maxime bene opera
mur si imitemur operacionem na
ture maxime bene regere civitates
si imitantur ordinem naturalem
Vena auri ut principantes ma
iori principatu nec civibus in
maioribus principatibus vena
argenti ut cives in minoribus
non debet contineri in vena fer
ri ut quod fiant subditi et depo
nantur a magistratibus sub
secundum ad quod dicit philosophus sen
serunt statuendum circa civitatem
est quod diviserunt civitatem quia
secundum diversa dicebant esse in quatuor par
tes scilicet in agricolas artifices
bellatores consiliarios et prin
cipem Dixerunt enim agrico
las necessarios esse ad constitucionem
civitatis propter ea que requirun
tur ad victum Artifices vero ne
cessarii erant propter vestimenta et
domos et alia que requiruntur
ad vitam Bellatores quidem ne
cessarii existebant propter defen
sores civitatis et reprimendos
hostes Dicebat ad civitatem
si bene ordinata erat ad minus

debere habere mille bellatores
et ad plus quinque milia Consi
liarii vero et consiliarii necessarii
erant in civitate ad dirigen
dos cives ut virtuose viverent
et ut debite observarent leges
Tangebat et dicti philosophus quedam
alia circa regimen civitatis de
quibus si locus daretur mencio
fieri poterit



Maximam equali
tatem et unita
tem non oportet quidem
in omnibus rebus
Nam si omnia essent
equalia ~~vacat~~ iam non essent
omnia. Ad hoc autem quod sint omnia
que requiruntur ad universum
et ad hoc quod universum secundum suum sta
tum sit maxime perfectum oportet
ibi dare diversa gradus perfectionis
quod tota bonitas universi non
potest reservari in una parte oportet
ibi dari partes diversas ut in plu
ribus partibus eorum consistat universi
perfectio quam in una tantum sic
et in civitate ad hoc quod habeat
esse perfectum oportet dare diversita
tem aliquam nec oportet ibi esse om
nimodam conformitatem et equali
tatem ut Socrates et plato
credebant Tangit ad plus

2o pol. sic et tot partes quod non oportet civitatem esse maxime unam et maxime conformem. Prima sumitur quantum ad esse ipsius civitatis. Secunda per comparationem ad totum. Tertia per comparationem ad partes. Quarta per comparationem ad principantem et ad rectores. Quinta per comparationem ad finem. Sexta per comparationem ad ea que videmus in aliis totis. Prima via patet quia maior est unitas unius singularis hominis quam totius. et domus quam vici et vici quam civitatis et civitatis quam regni. Constat autem domus ex pluribus personis. vicus ex pluribus domibus. civitas ex pluribus vicis et regnum ex pluribus civitatibus. Si ergo tantum convenirentur domus quod omnes persone habitantes in ipsa fierent una persona iam non maneret domus sed fieret homo unus aliquis singularis. Sic si tantum uniretur civitas quod fieret unus vicus vel una domus non ulterius remaneret civitas. regnum etiam et civitas aliquam diversitatem ultra quam si defendatur periret esse eius. Dicere ergo in civitate vel in regno debere esse tantam unitatem est dicere civitatem et regnum non esse regnum. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur per comparationem ad totum vel ad compugnationem. quia ut dicitur 2o pol. aliud est esse compugnationem et civitatem quia hec autem sit compugnatio utilis est

rum quantitatem. licet eius sit eadem rerum species. Est enim compugnatio auxilii gratia. sic enim plures homines magis trahunt navem quantumcumque illi plures sunt eiusdem ictus et sic similes et conformes. sic plures homines magis bellant. Civitas autem non sic. sed constituta est ad sufficientiam vite. Prima ergo diversis indigemus ad vitam oportet in civitate diversitatem esse. Tertia via declarans et manifestans quas diversitates sumitur per comparationem ad partes. Nam sicut quod ipsum corpus indiget diversis operibus ut ambulatione tactu visione et auditu ideo oportet ibi dare diversa membra exercentia diversos actus. sic quia ad indigentiam vite indigemus domibus vestimentis et victualibus et aliis huiusmodi oportet in civitatibus dare diversitatem aliquam ut in ea reperiantur sufficientia ad vitam. Sicut ergo si non esset diversitas in membris corporis ut si totum esset oculus corpus imperfectum esset quia licet videret non posset audire nec ambulare. sic si esset maxima conformitas in civitate ut quod omnes essent textores vel coriarii civitas imperfecta esset quia ad sufficientiam vite non solum indigemus calciamentis sed etiam indigemus victualibus et domibus et aliis que requiruntur ad vitam. Quarta

Vna sunt per compactionem ad princi
pantes et subiectos. Una autem com
tas sit ordo civium ad aliquem
principantem vel dominantem et
aliquem in civitate oportet dare aliquos
magistratus et aliquas potestates
quod non esset nisi ibi aliqui essent
dominantes et aliqui subiecti
quare cum hoc diversitatem requirat
oportet in civitate dare diversitatem
aliquam. Tercia. Vna sunt
per compactionem ad finem. Una finis
civitatis est bene vivere et habere
sufficienciam in vita. Una com
tas est civitas habens terminum
omnis per se sufficiencie vite. Sed
ut dictum est ad sufficienciam vi
te requiruntur diversa ideo oportet
civitatem habere aliquam diversitatem
in se et diversos habere. Vicos enim
expediens ad vitam quod non re
peritur in uno vico reperiatur
in alio. Quarta. Una sumitur
per compactionem ad alia tota ut sic
melodia que est multitudo vo
cum multum est bene proporcionata si
sit ex vocibus equalibus sed ad re
ctam consonanciam oportet ibi dare
diversitatem tonorum. Sic pictu
ra multum est bene ordinata in
si sit ibi diversitas colorum. Sic
et civitas multum bene ordinata
erit nisi sit ibi diversitas offi
ciorum. Decet ergo reges et princi
pes cognoscere quod multum convenienter
non regere civitatem nisi sciverint
ut sit consistencia. Et nisi co
gnoscat quid oportet in ea diversita
tate esse

S

Sermo in prin
cipiis debet esse
longus eo quod
parvus error in
principio ma
gnus fit in fine. Cum ergo sint
principia pertractanda et longis
sermonibus sit discucienda ne con
tra ipsa contingat error. Quare
cum in regimine civitatis summo sit
politica ordinanda. Omni enim
sciendum est supra civitatem oportet
esse unam et quam diversitatem habere
debet et quomodo omnes debet se habere
et quibus civitas debet
adiuvare et quibus civitas debet
utrum omnia debeat esse communia
et quid debeat habere proprium.
Hec enim sunt quasi principia et que
dam preambula ad sequencia. Vo
lumus enim in hoc capitulo primo on
dere quod non expedit civitati habe
re omnia communia ut Socrates ordina
vit nec sequentur illa bona
que opinabatur Socrates. Si
sic ordinaretur civitas. Credebat
enim si essent omnes possessiones uxo
res et filii communes cessarent litigia
crederent omnes esse patres vel
filios suos esse in civitate ma
ximus amor. Pessima ergo tri
plici via ostendi quod hec non
expedit civitati. Primo quia non

cessarent litigia quia cives non
reputarent omnes pueros proprios
filios. 2o quia inter eos non esset
magnus amor. Tertia via sic
patet nam quantumcumque possessiones essent
communes usus tamen pertinentium
ad victum esset proprius. Nam sicut
fieri non potest quod ex omnibus civita
tibus fiat unum corpus realiter
ita esse non potest quod ille idem cibus
qui nutrit corpus unius
idem nutriat corpus alterius.
Existentibus ergo possessionibus commu
nibus oportet cibum distribui que
requirunt ad supplendam indigen
tiam corporalem et quia homo nimis
decipitur in proprio commodo quia
videtur ei esse plus debere acci
pere quam accipiat. Immo quia impos
sibile est omnes cives esse equaliter
prudentes et bonos et esse equa
liter utiles civitati statim in
surgeret rixa inter cives quia quili
bet crederet se plus esse acceptu
rum ut dum unus civis iudica
ret se meliorem alio vellet secundum
dignitatem suam ei fieri retri
butionem hanc ad equalitatem
non descendi esset possibile observari
inter cives id absque dissensi
one et lite quia quilibet decepta
in iudicando de seipso apta
tur se plus valere quam valeat.
Concludatur ergo possessionum quam
ordinabat Socrates ad vitan
dum lites potius esset causa li
tigii quam pacis. Unde ut supra
in 2o libro tetigimus hic est

vita perfectorum non habet propter im
perfecti autem sunt pauci lex vero
imponenda omnibus civibus et
toti populo debet esse talis secundum
quam homines communiter possint vivere
ut et Philosophus ait 2o politico
rum cives non esse applicandos
legibus sed leges civibus. Ta
les enim debent esse leges et
talis debet esse ordinatio civita
tis que competat omni populo
et communi vite. Cuiusmodi non fuit
ordinatio Socratis quia inter gentes
communiter viventes absque multis
litigiis observari non posset. Da
to tamen quod civitas posset observari
possessionum tamen absque litigiis
civitatem tamen servari non posset
quam volebat Socrates filio
rum esse non esset possibile ob
servari absque litigiis. Secunda via
patet sic nam si omnium esset commu
nio oporteret cives omnes pueros re
putare proprios filios immo quia pue
ros communiter esset similes aliquibus
civibus et aliis aliis. Quilibet civis
appropriaret sibi in filium quem
videret esse sibi similem. Unde et per
narrationem patet quia apud quasdam
gentes ut in superiori libro narravimus
uxores sunt communes filios tamen cives
dividunt secundum similitudinem. Quilibet
enim appropriat sibi in filios quos
videbat eis esse similes. Nam
et in aliis animalibus hoc contin
git quia multe femelle reddunt

filios fratres patribus quemad
modum in terra phalarie que
dicta erat que ut plurimum
reciat semper reddebat filium
fratrem patri. Ipsi hoc vocatur
iusta. Non ergo supposita tocia
te esse bonum illud quod opi
nabatur Socrates verum ut ci
y pcos ues non credent esse filios ipsi
us. Tercia racio sic patet
quod supposita ciuitate Socratis
non esset tantus amor in ciuita
te ut opinabatur Socrates
quod modica coniunctio plus indu
cit de amore si sit certa et nota
quam multa si sit ignota et du
bia. Licet enim maior sit com
municatio patris ad filium quam patrui
ad nepotem plus tamen patruus
diliget nepotem si firmiter
credet ipsum esse talem quam pater
filium si suspicabiliter dubitaret
se eum genuisse. quod plus
est modo de dilectione in ciuitate
ut plurimum inuenit quod quis
vnus diligit alium tanquam fi
lium alius tanquam fratrem aliquis
tanquam nepotem. alius tanquam
fratruelem. Appellat autem
philosophus ffratrueles qui sunt
ex duobus fratribus nati. alius
vero diligit ipsum tanquam contri
bulem id est tanquam natum
ex eadem tribu vel tamquam agnatum
aliam consanguinitatem quam sit
dilectio quam ponebat Socra
tes. Modica enim consanguini
tas si sit nota et certa maiorem

dilectionem generat quam filiacio si sit
dubia et ignota. Conclusio ergo
illa quam ponebat socrates
non est expediens ciuitati de
quo ad hoc recitans et principes
diligenter aduertere ut sciant
ciuitatem ordinare ut expe
dit ciuitati

Philosophus secundo
probat multa
mala sequi in ci
uitate si vxores
et filii ponantur esse communes
primo enim ad principes spectat cum
medere possunt contra mala
que plus tangit ibi sequencia ex
tali communitate. primo quantum ad iniuria
consanguineorum vilificando no
bilium enim iniuria filiorum etiam
intemperancia veneorum primo
abusio parentum. Secundum sic pa
tet quod omnia in ciuitate consurge
lites vulneraciones et contumeli
as que tanto detestabiliores
sunt quanto coniunctiores

iniurias et contumelias inferat. Sic ergo civitas per quam Socrates ordinavit tollat distinctionem filiorum et notitiam consanguinitatis, non est conveniens quia ex hoc sequuntur aliquas de facili propter ignorantiam iniuriari consanguineis. Secundum malum sic ostenditur, quia si posita communitate uxorum et filiorum sequitur vilificatio nobilium et exaltatio agricolarum et personarum vilium, quia esse non potest uxores et filios esse communes inter equalis cum generatur de filiis nobilium et custodum civitatis que generantur de filiis agricolarum et personarum vilium, sic filii nobilium deprimentur et vilium exaltabuntur. Non ergo erit amicitia inter cives, quia secundum philosophum 8o ethicorum proportionabile et equale amicitiam salvat; cum ergo boni et nobiles sint super viles et ignobiles, sic est amicitia inter eos pro quanto se habent secundum proportionem suam, ut quod ignobiles serviunt nobilibus et nobiles eis contribuunt mercedem secundum proportionem suarum. Velle ergo filios civium [illegible] communes esse, ex lem omnia genere de filiis nobilium et ignobilium est vilificare nobiles et exaltare ignobiles et non salvare amicitiam inter eos. Tertium malum sic declaratur, quia supposita predicta communitate sequitur iniuria filiorum, quia ut dicit philosophus octavo ethicorum, difficile esse amicum secundum perfectam amicitiam non

contingit ut contingit multas personas simul amare valde; par vulde amare dicit quedam superhabundantiam, que quidem magis est apta nata esse ad unum quam ad multos. Quia in eodem 9o concludit philosophus quod multis placere valde non est facile. Sic si quilibet civis credet quemlibet puerorum esse suum filium, quia partitur eius amor inter totam multitudinem, modicum diliget unumquemque. Ex uno quoque et modicum curabit. De unoquoque enim quilibet civis inter esse factus nullos posset omnes pueros esse filios suos; si ipse omnes diliget tamquam filios sicut esset duos vel tres pueros, quos credet esse suos filios, et quod illi non esset certitudinaliter ei noti. Approbabatur Socrates quod omnes alios intime diliget. Prius sicut arguit philosophus 2o politicorum post duos vel tres vel plures paucos pueros valde magnam multitudinem puerorum diligere tamquam suos filios, sic est ponere parum de melle in multa aqua. Sicut ergo parum mel totum unum fluvium non posset facere dulcem, sic amor duorum vel trium filiorum innumerabilem multitudinem puerorum existentium in civitate non posset reddere placabilem et dilectam. Sed non existente dilectione civium ad pueros non habebunt eorum debitam curam sup

posita comunitate quam ordinaue
rat Socrates non habeatur de
bita cura nec debita diligen
tia erga filios. Communitatem ma
lam sic ostendi potest quia ultimus ge
neratiua est ita corrupta quod
est insaciabilis concupiscentie appe
titus quod non habente uxorem spe
cialem propriam et hic est ualde dif
ficile debite et temperate se
habere erga illam. Sicut quod pro
uocata gula per multitudinem
ciborum difficile est esse abstinen
tem sic prouocatus veneris per
multitudinem feminarum difficile et
quasi impossibile est esse temperatum.
Quintum autem malum sic manife
stari potest. Nam non habentibus
parentibus certitudinem de propriis fi
liis et filiabus [illegible] fieret abu
sus parentum et consanguineorum
ut quod filii cognoscerent matres
et patres filias. Socrates autem vo
lens huiusmodi inconueniens vitare dixit
quod spectat ad principem ciuitatis ha
bere curam et diligentiam ne filii coi
rent cum matribus et patres cum
filiabus. Sed ut ait philosophus hic non
sufficit quod filii et filie communes e
rant et non indicabantur eis proprii
parentes dato quod prohiberetur filio
actus veneris circa matrem et pa
tri circa filiam non prohibebatur eis
amor libidinosus et concupiscentia ex
quo non manifestabatur eis pa
rentela illa. Sicut enim in personis
tamen coniunctis non solum detesta
bilis sit actualis commixtio sed
etiam abhominabilis concupiscentia

et amor libidinosus ut Reprehen
sibilis erat opinio Socratis de co
munitate uxorum et filiorum. Decet
ergo reges et principes sic ordi
nare ciuitatem ut prohibita commu
nitate feminarum et uxorum certifice
tur parentes de propriis filiis.

Quod esse res communes ut
ait philosophus 2o politicorum
tripliciter potest intelli
gi. Nam in rebus
possessionibus ad
victum est considerare duo videlicet res
fructiferas ut agros vineas
arbores et fructum qui ex talibus
oritur rebus ut poma frumenta
et poma. Sic si sit communis ciuium
erga talia vel erunt res communes
omnes fructifere et diuidentur
fructus vel possessiones erunt proprie
et fructus ~~redigentur~~ reddi
gentur in commune quod aliquibus
ut recitat philosophus apud quasdam
nationes fiebat vel utrumque erit co
mune tam res fructifera quam fru
ctus ut Socrates ordinauit.
Volebat enim ut supra tangeba
tur quod si nihil esset proprium in ciuitate
nec possessiones nec fructus nec fi
lii nec uxores quod nulla dis
sensio oriretur. Videtur autem
hec ordinatio Socratis ut philosophus
ait supra considerata valde esse

Diceris civitati cum eius quibus audit
civitatem sit ordinatam esse ubi
est tanta bonitas civium reputat
eam felicem esse et estimat cives
magnifice se diligere et absque li-
tigio vivere inter quos tanta com-
munitas observatur. Sed ut dicitur 2o polit.
in actibus particularibus oportet
ad experientiam recurrere. Experti enim
sumus quod habentes omnia communia plura
inter se litigia habent quam si quilibet
propria haberet sive possideret. Possumus
autem triplici via investigare quod
si res civium communes essent plura
litigia in civitate consurgerent quam
si gauderent possessionibus propriis. Prima
via sumitur ex parte possessionis co-
munium. Secunda ex parte communican-
cium in rebus rebus illis. Tertia ex
parte imparitatis civium. Prima
sic patet. Nam cum aliquid est quod
a quibus cum unusquisque ab usu et fructu
illius rei communis propter alium impedi-
tur consurgit lis et discordia inter
eos. Videmus enim fieri uterinos
propter hereditatem quam communem habent
multa habere litigia. Quilibet
hereditate illa uti vult ut alteri
videtur expedire. Si ergo fratres u-
terini qui pauci sunt et firmiter
credunt se esse tanta consanguinitate
coniunctos multa habent litigi-
a quia hereditatem habent communem
quanto magis inter ipsos cives
si omnia essent eis communia orirentur
multa litigia cum ipsi multi sint
et diversarum voluntatum nec sit inter
eos tanta unitas consanguinitatis
sicut inter uterinos fratres. Nam et si

fieret ut Socrates credebat quod
omnes cives propter communitatem filio-
rum et uxorum crederent se esse
consanguinitate coniunctos attamen
inter eos secundum rei veritatem non
esset tanta consanguinitas sicut
inter fratres uterinos. Immo illa
consanguinitas que inter ipsos esset
fieret incerta et ignota esse non
posset ut in prehabitis probatur.
Si ergo certa consanguinitas non tol-
lit dissensiones parentum habentium
hereditatem communem multo magis
incerta singuli non posset esse inter
multos cives. Secunda via ad in-
vestigandum hoc sumitur ex parte
communicancium in hereditate communi. Sta-
tim quanto aliqui plura habent communia tanto
magis adinvicem conveniunt. Sed
quod esse non possit aliquos valde
et diu conversari adinvicem nisi
inter eos litigia originentur ex
parte ipsorum communicancium in here-
ditate communi eo quod oportet eos inter
se adinvicem conversari ostenditur
ut plurimum tempore hec lites
et iurgia propter quod philosophus ait
2o polit. quod ab hiis famulis
quibus plurimum indigemus propter
ancillares administrationes magis
offendimur et indignamur erga il-
los quia oportet nos ad eos habere
multa colloquia et diu conver-
sari cum illis. Sic ergo sit inter dominos
et famulos quos habent ita subie-
ctos propter diutinam conversationem tot li-
tigia oriuntur quanto magis co-
mmuniter inter cives quorum
unus alteri subesse non valet. Sic

habent hec ditate communem et si oportet eos valde admirate consiari. Ea via similiter ex parte imparitatis civium nam si omnibus civibus essent heredi tates tunc esset valde difficile esse et valde sumptuosum tamen tam multitudinem. Preterea quia qui possent terram colere et providere civitati sic dimitti ut alii civium terram colerent. alii vero insisterent circa custodiam civi tatis quod et Socrates concedebat nam quia custodes civitatis nobilio res sunt agricolis tamen nobiliores et meliores estimarent se debere esse acceptivos de fructibus possessionum quam illi. insurget igi tur dissensio inter eos quia a gricole magis laborantes circa possessiones magis de fructibus caperent. Considerata ergo inter unitate hominum et diligentia ipsorum quia contendit proprius a via proposita deviat. Expedit civitati ne inter cives oriatur dissensi o et iurgia non sic esse pos sessiones communes ut Socrates sta tuebat. Via autem philosophi si con sideretur modus et status ho minum est expedientior civi tati. Aut enim possessiones civium et res debent esse proprias et tunc proprias quantum ad dominium communes vero per virtutem libera litatis diligenter igitur inspecta humana conditione prout contingit

observatur est legis et laudabili um ordinationum. expedit omnibus hec res et possessiones proprias quantum ad dominium dicantur quibus domi nans bonis proprijs adhibebit de bitam diligentiam circa illa. Expe ditque talia esse communia secundum libera litatem quia cives inter se debent liberales esse concedendo sibi invi cem propria bona. Unde et apud la cedemonios ut recitat philosophus eo quod tanta erat liberalitas quod licet quilibet haberet propria bona sicut tum ad dominium tamen per liberali tatem quantum ad usum erant illis civibus communia et equi et canes quibus enim civium eis in digebat absque ea vastorum vte batur aliis aliorum civibus et fines

Ut in precedenti bus dicebatur Socrates statuit et mulieres in struendas esse ad opera bellica et debellandum sicut et viri et bestijs assimilat eas cum quibus tam mares quam femine bellant. Et quia reges et principes et alij illi quorum est civitatem disponere non debent ordinare

Mulieres ad opa bellica sed vi
dos triplici via possumus re
uari cum tria q requirunt ad bel
lum / hos enim bellatores decet
mente cautos et promdos corde
viles audos corpore robustos
et forte Cautela enim provi
denda in bellis maxima nam
alii post cautelam adhibitam
plus superantur hostes ex saga
citate quam ex fortitudine pauci
enim bellatores si sint sagaces et
industres superant multos non
fortitudine sed prudencia
Mulieres ergo quia habent consilium
validum et absque robore defi
ciunt non sunt ita industres et pro
uide sicut viri non sunt ordinan
de ad opa bellica nam in bel
lis magna cautela et indu
stria est adhibenda quia cum re
hendum in lio de re militari si
cut alia male acta recuperari
possunt casus in bellis irre
mediabiles sunt / ex ipsa igitur
industria que requiritur in
bellantibus arguere possumus
mulieres instruendas non esse ad
opa bellica. Alia via ad inve
stigandum hoc sumitur ex vilitate
et audacitate que requiritur in bel
lis nam ut dicitur iii ethicorum ffter et
terribilium est mors
Opa ergo bellica requirunt hos
impauidos et audaces eo quod bel
lantes exponunt se periculis
mortis mulieres autem cum sint
pauide et molles quod con
tingit eis tum ex fragilitate
corporis quam ex fragilitate com
mixtionis nam ut dicebatur
supra frigiditas vniam timo
ri compatitur frigidi enim est constri
ngere et contrahere calidi enim et
vilis est ad alia se extendere
Calor ergo reddit audacem et vile
frigiditas vero timidum et pusil
lanimem. quare mulieres que
sunt pauide et pusillanimes
ad opa bellica destinari non
debent In bellis enim melius
est pauidos expellere quam eos in
societate habere nam unum timidum
si timet mortem viles et
audaces trepidant videntes timi
dos trepidare ne igitur reddantur
bellantes pusillanimes
constat esse timidos. oportet ab eis
eos expellere Tercia via sumitur
ex parte fortitudinis corporalis nam
cum bellantes oportet diu sustinere
armorum pondera et dare ma
gnos ictus expedit eos habere
fortes humeros et renes ad su
stinendum armorum grauedinem
et habere fortia brachia ad fa
ciendum percussiones fortes. mulieres
ergo quia habent carnes molles
et deficiunt a fortitudine corporali
ad opa bellica ordinari non de
bent Racio autem que mouit so
cratem ad hec ponendum sumpta
ex similitudine bestiarum insuffici
ens est quia cum plurimum non valet be
stiis nil attinet Iconomice

-ne preter racionem. homines quia est contra debitum yconomicum et contra debitam dispositionem ordinacionis domus et civitatem. Sicut inhibitum est bestie preter legem agere eas secundum quod non debent

Dicebat Socrates semper eosdem debere esse principes in civitate. Consequenter de principatu principum sumitur per quoddam dominium vel per quosdam magistratus sive pro quadam superpositura possumus ad triplici via. Unde quod non sit expediens civitati superponi eosdem in eisdem magistratibus prima via sumitur ex parte regie maiestatis vel cuiuscumque alterius cuius est tales dignitates tribuere. Secunda via sumitur ex parte ipsorum superpositorum. Tercia ex parte civium. Prima via sic patet quia ut dicitur quinto Ethicorum principatus virum ostendit. Principes enim quando assumuntur ad aliquam dignitatem tunc sic manifestatur eorum bonitas et malicia. Nam quando persona privata non sic potest iniustificare ut potest publica et habens potestatem et quia non tot oculi respiciunt personam privatam quot in publicam. Non sic scitur qualis sit vir donec est persona privata non habens potestatem sicut cognoscitur postquam ad aliquam superpositurram vel ad aliquem magistratum assumitur. Sicut ergo decet regiam maiestatem et vel omnem cuius est magistratus et superpositivas distribuere cognoscere quales preficiat prepositos et magistros. Si principatus et magistratus et ulterius quelibet superpositura virum ostendit et manifestat expedit distribuentem superpositivas et magistratus super cives plures experiri quales sint quos preficit in prepositos vel magistros et per consequens preassumpto debet eos in dictis officiis affirmare vel ad meliora assumere prout ei videbitur expedire. Secunda via ad investigandum hoc sumitur ex parte ipsorum superpositorum quia multa mala et multas iniusticias committent superpositi civitatum si sciverint se esse perpetuos a quibus cavent si consideraverint se esse huiusmodi officio removendos. Tercia via sumitur ex parte ipsorum civium quia huiusmodi superpositi preponuntur quia sicut medici non est consiliari de sanitate sed eius est intendere sanitatem talis finem, sic eius cuius est civitatem ordinare non est consilia-

ri de pace et de concordia civi
um. Unde ut dicitur in isto capitulo consili
um non est de fine sed de hiis
que sunt ad finem. Pacem enim et
concordiam civium debet intendere re
ctor civitatis tamquam finem. Sic er
go disponenda est civitas ut
contineatur in pace et ut ibi se
diciones non insurgant. Quia tunc ad
alios magistratus et principatus
et distribucionem eorum diversis personis
ut innuit Philosophus 2o Politicorum. Vi
detur facere ad quietem et pacifi
cum statum civium. Unde si preciosi
aliis semper idem in magistratibus
et prelaturis preficiantur a
lii videntes se esse despectos
ad sedicionem insurgunt et civita
tem turbant. Hanc autem racionem ra
cionem improbantem ordinacionem So
cratis tangit Philosophus 2o Politi
corum ait quod Socrates semper facit
eosdem principes quod est sedicionis
causa apud nullam dignitatem
possidentes. Videntes enim se
nullam dignitatem possidere si
contingat eos esse viles et
contra eos sediciones movent

q Quia credimus philosophos
determinantes de po
liciis et de ordi
ne civium non sic
racionabiliter loquutos fu

isse. Ideo breviter sicut hic eorum opiniones
tractare non ostentacionis cau
sa sed quia hoc requirit presens me
todus quem intendimus trade
re de regimine civitatis et regni
Prius enim quam ea que senserunt
philosophi et pertractantes eorum opinio
nibus clarius apparebit quod
tale huiusmodi regimen sit censen
dum. Narrat enim Aristoteles in 2o Politicorum ...
dentibus non expedire civitati pos
sessiones uxores et filias esse
communes ut Socrates statue
bat. Nec esse decens mulieres
ordinare ad opera bellica. Nec
esse utile eosdem semper in eisdem magi
stratibus preficere ut Socrates
statuisse videbatur. Restat ergo
exequi de divisione et ordine
civitatis quam Socrates ordi
navit. Dicebat enim Socrates
ut tangebat supra civitatem quam
habere in se vere principem con
siliarios bellatores artifices
et agricolas bellantes esse par
tem civitatis distinctam ab ali
is civibus numerum autem bella
torum statuebat esse. An qua civi
tate debet esse ad plus quinque
milia et in qua adminus mille
huiusmodi autem statum quantum ad bella
tores tripliciter posuimus
enim tria que de ipsis bellantibus
Socrates statuebat. Primo enim
dicebat eos esse alios et distinctos
ab aliis civibus. Secundo statuebat

magnam multitudinem bellatorum
Ergo ponebat eos in quodam deter
minato numero. Prima via
sic patet. Nam semper bonum com
mune preponendum est bono privato natu
rale est enim partem se exponere
pro suo toto periculo ut brachium
statim se exponit periculo pro de
fensione corporis. Igitur ordinem
ergo naturalem agit quilibet civis
si non exponat se periculo pro de
fensione patrie. Non ergo sic
separandi sunt bellatores ab ar
tificibus et ab aliis omnibus quod
tunc alios pro defensione
patrie bellare non oportet. Melius
est ergo dicere in civitate tot esse
bellatores et defensores patrie
quot sunt ibi omnes valentes por
tare arma quam separare bellato
res ab aliis civibus. Secun
da via sic patet. Nam sic con
stituere civitatem tantam multi
tudinem bellatorum in qualibet
civitate ut quinque milia vel
mille esset valde difficile et
onerosum civibus ipsis. Unde
sicut enim et difficile esse civibus
primo civitatis sustentare mil
le viros et stipendiis civibus
quorum nullum esset aliud offici
um nisi bellare cum adesset oppor
tunitas et onerosius et im
portabile esset sustentare sic
quinque milia. Oportet enim civitatem
pecuniam habere possessiones et ad vo

tum ut possit ex redditibus suffici
bus tantam multitudinem pascere
propter quod philosophus 2o ~~Politicorum~~ pred.
reprehendit Socratem de huius
modi ordine civitatis. Aut quia
oportet civitatem illam sic institu
tam esse in regione Babiloni
ca nisi forte propter magnitudinem
desertorum et magnum spacium regionis
et ... possit magna multitudo
pasci. Difficile est enim ut philosophus
innuit praeter ipsos cives et ipsorum
mulieres famulos liberos pascere
tantam multitudinem bellatorum.
Tercio deficiebat Socrates in constituendo
ordinando civitatem in
determinatum numerum bellatorum. Nam
2o Politicorum philosophus volentes po
nere leges non sufficit ordina
re aliquid in civitate ad terram
tantum respicere, quia ad hoc ad regionem
respiciet sed ad loca vicina. Si quis ergo
vellet quod omnes statuere aliquos
bellatores vincere cum quibus
fructibus civitatis ad tria debet
aspicere. Primo ad cives. Nam si ci
ves ipsi essent pusillanimes
et inutiles ad bellum indiget
maiori copia bellatorum sic se
habentium. Secundum inspiciendum est ad
regionem. Nam quanto civitas illa
maiori regione et maiori terrarum
spacio potietur tanto sustentare
possit maiorem numerum bellato
rum. Tertio inspiciendum esset

ad loca vicina ut utrumque civitas illa habet circa se vicinos amicos vel inimicos pusillanimes vel inviles vel variatis condicionibus vicinorum et alie tales per determinare de numero bellantium curare est artis et scientie non posset esse circa particularia sed ta volens tradere artem de regimine civitatis non per determinatum numerum statuere bellatorum. sed illud relinquendum est industrie prudentis rectoris considerantis condicionem modum regionis et circumstancias vicinorum

Narrat autem supra quod socrates et discipulus eius plato dixerunt civitatem per esse regendam et gubernandam ut civibus communes essent uxores filii et possessiones quod sic intellectum ut verba sonant statim non patet ut est per habita manifestum. tamen quia ingenius fuit valde plato intantum metaphorice loqui quod modo forte ipse socrates habebat tamen plato eius discipulus fuisse. si volumus non ut verba sonant dicta huiusmodi socratica salvare poterimus positionem eius. omnia enim esse civibus quia communia rei veritatem non est possibile nec utile. tamen quantum ad amorem et dilectionem debet servari civitas sicut enim quilibet civis debet diligere alios cives sicut se ipsum sic debent diligere uxores filios et possessiones aliorum sicut et proprias. hoc ergo modo civibus omnia debent esse communia ut quilibet intendat bonum commune et bonum omnium et sit sollicitus cum adest facultas de rebus aliorum ac si essent sue. In uxoribus autem et filiis debet servari communitas quantum ad amorem. sed in possessionibus debet reservari communitas non solum quantum ad amorem ut quod omnes cives aliorum diligant bonum unusquisque civis sed etiam quantum ad communicationem et quantum ad libertatem quia quilibet civis debet aliis civibus ut dictat ratio bona sua communicare. Salvavimus igitur dictum socraticum quantum ad communitatem civium sic etiam salvare possumus dictum eius quantum ad unitatem civitatis. Nam cum dixit civitatem debere esse maxime unam forte non intellexit de unitate habitacionis ut quod omnes cives habitare deberent in una domo ita quod in civitate non essent plures domus vel plures

viri nec de unitate arti
ficum ut quod in civitate non de
bent esse diverse artes nec
diversi artifices, nec de uni
tate eorum que requiruntur ad suf
ficientiam vite ut quod essent
in civitate plura et diversa prout
ut requirit indigentia vite ut
forte hanc unitatem et amorem
et dilectionem reservare volebat
ut quod tunc esset civitas optima
quando cives se amando et di
ligendo maxime se unirent.
Si ergo exposita mente civi
um verum est quod ipse opina
batur quod in civitate esset
maxima pax, et non orirentur
tur ibi litigia nam propter nimium
amoris effectum esse videbi
tur pax et concordia. Secundo
vero Socrates addebat de mu
lieribus quod ordinande essent
ad opera bellica salvari prout
non intelligendo hoc simpliciter
sed in casu. possent enim contin
gere quod et mulieres bellare
oporteret. multotiens enim
contra partes Italie hoc contingit
quod viris deficientibus et civi
tatibus et civitatibus in exercitu
sive civitatem aliquam. Cum viri
illi in exercitu existerent in
vasa est eorum civitas ab ho
stibus propter quod oportuit mulieres
propter penuriam civium defendere
civitatem. Tertio autem ul
terius addebat quod propter colere
oporteret in magistratibus preesse
ut ipsi deberent esse ibi prepositi
et bellici forte sic debet
intelligi ut ipsi principarent
idem .i. ornati essent virtuti
bus. Quarto autem civitatem
dividebat in artifices agri
colas et bellatores civitatis
ad numerum mille continens bellato
res. fortes per bellatores
intelligebat nobiles quorum
non est manibus operari. Eo
enim in civitate quidam ma
nibus operantur ut coloni
terrarum et artifices. quidam vero
non ut nobiles. Hii vero
nobiles potissime debent
defendere patriam et eorum ma
xime est parare circa armo
rum industriam. Volebat ergo So
crates politiam aliquam non
debere moderari civitatem nisi sal
tem contineret mille nobiles
quos per manus excellentiam vo
cabat bellatores

¶ Preter Socratem
et Platonem quidam
alius nomine Phel
leas ut narrat
Philosophus pol. 2o in
tromisit se de ordine civitatis
statuens quod posset optime po
licia ordinari. Dicebat autem quod in
ter cetera ad que debet intendere le
gislator policie est ut quod cives
habeant possessiones equatas volebat.

abunt tunc esse civitatem optime
ordinatam si nullus civium haberet
plures redditus vel maiores pos
sessiones quam alii quod ut dicebat
a principio quando civitas construitur
faciliter fieri poterat Cum autem ci
vitas iam civium et copiositate mul
titudine corporum destitueretur ci
vitatis posset dividere equaliter
possessiones illas inter cives sed civi
tate iam constituta et civibus iam
habentibus possessiones inequales
difficilius erat sic ad equalitatem redu
cere Statuit tamen phaleas civi
tatis rectorem sic iam reductam
hanc inequalitatem ad equalitatem
mediantibus dotibus statuendo
quod pauperes contrahentes cum divitibus
et in contrahendo acciperent dotes
et non dent pauperes ergo accipientes
dos magnas dotes a divitibus
poterunt equari secundum possessi
onibus Ponit autem phaleas
triplici via moveri ad hoc sta
tuendum Primo quod moveri po
terit ut cessarent litigia. 2o ut
removerentur iniurie et contume
lie. Tertio ex hiis que videbat in
policiis aliis. Prima via sic
patet quia cives valde litigant
pro possessionibus dicentes cives
valde cupidi ad habendum redditus
et possessiones Unde et propter hoc
multa litigia oriuntur equales
quare si cives habent cives pos
sessiones equales et sciret se non
posse excedere sed non posse excedi sed
omnes concives in possessionibus fru
stra propter hoc insurgent lites et

placita nam dato quod aliquis liti
gantium causam optineret non
multum ex hoc gaudere posset quia
oporteret ipsum propter dationem dotium equa
ri in possessionibus aliis civibus
Sic et perdens placitum non mul
tum amitteret quia accipiendo dotes
equaretur aliis in divitiis Vi
dentur ergo omnia cessare placita si
cives habent possessiones equales
Secunda via sumitur ut tol
lantur de civitate iniurie et
contumelie quia videmus quod cives
libenter sibi possessiones appropriant
dicentes hoc est meum non solum
insurgunt lites et placita sed et
iniurie et contumelie quia propter
acquirendis possessionibus inferunt
sibi cives iniurias et contume
lias in personis propriis sunt autem in
civitate furta rapine et homi
cidia propter cupiditatem possidendi
divitias Cum autem si cives non pos
sent se excedere in possessionibus
et haberent equales divitias
ut videtur omnia cessarent hec.
Tercia via sumitur ex hiis que
videbat in civitatibus aliis quia
in multis policiis bene ordinatis
magna cura fuit legislatoribus
de possessionibus civium Ideo phal
leas forte motus ex hiis que
videbat in aliis policiis statim
ut potissime invasisse de pos
sessionibus civium volens eos
equales possessiones habere

Consideratur dicta philosophi 2o politicorum quantum ad praesens spectat. Possumus
triplici via venari quod non oportet
possessiones equatas esse ut Phaleas
statuebat. Prima via sumitur ex parte procreacionis filiorum
2a ex parte iniuriarum que possunt
in civitate consurgere. 3a ex parte
virtutum quas debent cives
habere. Prima via sic patet quia
ad rectum regimen civitatis non
potest imponi lex ut cives habeant
possessiones equatas nisi statuatur
quod habeant equales filios. Frustra enim ponitur lex que
conservari non potest. Quia 2m philosophum
eo politicorum non solum debet esse cura
quod leges instituantur sed eciam quod legibus obediatur et quod leges observentur. Quare si singuli cives
possessiones habeant equales et unus
habeat plures filios quam alius succedentibus filiis in hereditate parentum, salva non erit lex Phaleae
et philosophi, quia non habebunt possessiones equales. Quod ergo quanto
aliquid in plures partes dividitur
tanto minus percipit unus quisque
de illo. Quare esse non potest quod semper
cives habeant possessiones equatas
nisi tot filii procedant ab vno
sicut quot ab alio. Sed adequato

numero sunt omnia sterilia, aliqua
vero sunt fecundiora quam alia, et
non est possibile in civitate statuere
omnes cives habere equalem numerum filiorum. Propter quod ex parte procreacionis filiorum manifeste ostenditur predictam legem non congruam esse, eo quod congrue observari non potest. Secunda via
sumitur ex parte iniuriarum que
possunt in civitate consurgere quas
legislator summo studio cavere debet.
Spectat enim ad principem ordinare
curam habere ne cives sint iniusti
lesores et ne sibi invicem iniurias
inferant. Sed si in civitate statuitur
pauperes equari divitibus in possessionibus accipiendo magnas
dotes ab eis et non dando dotes
illis, contingit multociens divites fieri pauperes, et ergo, quia si
divites aliquando plures habeant filios
quam pauperes dividentur possessiones
divitum in plures partes quam pauperum, et filii divitum pauperiores
erunt quam filii pauperum. Et hec
ad contingent iniurie et iurgia
in civitate. Primo quod pauperes ditantur nescient fortunam ferre ut
plane ostendit philosophus 2o Rethoricorum
et inflabantur ergo aliis filii eorum
pauperum inflati eo quod videant
plus aliis in diviciis habundare
insurgent in eos et fiet iniuria in civitate. Rursus hi adi

iniurie et contumelie orientur
int cives non solum ex parte filios
pauperum sed et ex parte filios
divitum. quia ut dicebatur 2o pol. si
prius et ad partem civitatis filios
divitum non esse insolentes. Iste
enim filii divitum ut plurimum
sunt magnanimi et magni cor
dis si videant se esse despectos
et pauperes exaltatos non valen
tes se continere fiunt insolentes
et turbabunt alios. Tertia ratio
ad ostendendum hanc philosophus dicit le
gem non esse decentem de equa
tione possessionum sumitur ex parte
civitatum. quas decet habere cives
decet enim ipsos esse liberales et
temperatos non quo bene dictum est
dicere quod ad bonum regimen civi
tatis sufficit cives possessiones
habere equatas nisi aliquid deter
minetur de quantitate possessio
num illarum. Possent enim cives
adeo modicas possessiones habere
quod oportet eos ita parce vi
vere quod opera liberalitatis deficere
oportet non valerent. Rursus ha
bentes possessiones equatas possent
ita habundare in eis et adeo in
delectationibus vivere quod non contingeret
eos temperatos esse

Reges et principes
et universaliter omnes quo
rum est leges
ferre decet ali
quas leges statuere circa possessiones
civium ita et Solon qui circa
fendas leges dicebatur peritus
et doctus multa statuit circa
possessiones civium. Sic et apud
locrenses ut recitat philosophus 2o
pol. lex erat quod ad hoc ut aliquam
tempore forte fugaentur illa forte
nulli licebat possessiones ven
dere nisi sufficienter ostendere pos
set et aliquod magnum infortu
nium accidisse. Sunt enim multa
determinanda in legibus circa
possessiones. sed non expedit hanc legem
statuere circa ipsas ut cives pos
sessiones equatas habeant ut
intendebat legislator prius esse
debet circa possessiones sed prius legislator
debet intendere reprehensionem con
cupiscentiarum. eo quod radix ma
liciarum non sunt possessiones ex
teriores sed concupiscentie. Radix
enim omnium malorum est cupiditas. sed
quo morbus magis curari debet
in radice et in causa quam alibi
magis debent intendere recto
res civium circa reprimendas con
cupiscentias quam circa alia ut
plane probat philosophus 2o pol. sed de
hoc inferius diffusius dicemus.
Meminimus hoc nos addidisse quidam
tractatum de anima Reth. et
pol. ubi dictum sufficienter

contradicere videantur hiis que nunc diximus. sed illa controversia in sufficienti tollatur. ad propositum autem sufficiat principaliter intellectum legislatoris non debere circa possessiones equalitates investigandas. modo tripliciter via venari possumus. prima via sumitur ex parte honorum quos homines appetunt. Secunda ex parte delectationum quas insequuntur. Tertia ex parte tristitiarum quas fugiunt. Prima via sic patet. Credebat enim phaleas omnia iurgia civitatis insurgere propter possessiones et dominium exteriorum rerum. quod sic opinando fallebatur. quia et si pauperes homines eo quod minus egeant exteriori substantia ut plurimum litigant propter exteriorem substantiam. Persone tamen honorabiles et generose magis litigant et indignantur. si eum possent consequi honorem non tamen debitum secundum condicionum. sicut si omnia quidam sint persone pauperes quedam generose et honorabiles spectat ad legislatorem non solum statuere ut possessiones debite ordinentur. sed et ut honores decenter et iuste distribuantur. immo tanto principalius debet hoc intendere ut circa honores quibus litigant persone honorabiles sunt magis detestanda quam inter personas alias. Secunda via ad investigandum hoc sumitur ex parte delectationum quas homines ut plurimum insequuntur. non enim homines solum iniustificant et iniuriant inferiores ut ad indigentiam, sed et iniuriantur in filias et in uxores aliorum propter delectationes et intemperantiam. decet ergo reges et principes non solum leges ferre circa possessiones iustificandas ut quilibet quod suum est possideat. sed multo amplius debent circa possessores reprimendas ne cives sint intemperati et iniurientur in uxores et filias aliorum. Immo tanto magis applicari debent circa hoc quam circa illud. quanto uxores et filie sunt quid magis coniunctum quam exteriores res. Tertia via sumitur ex parte tristitiarum quas homines pluribus fugiunt. Solum enim homines gaudent delectationibus absque tristitiis. ideo iniuriantur aliis non solum propter supplendam indigentiam nec propter tollendam famem aut repellendum frigus. sed quia estimant aliorum possessionibus delectari in ipse vel quia estimant eas posse tristitias inferre. ergo non solum propter possessiones sunt constituende leges ut statuebat phaleas. sed etiam propter alia ut ex supra prehabitis sufficienter expressum.

Preter Socratem et phaleam fuit quidam alius phus noie ypodomus intromittens se de regimine ciuitatis statuens multa pertinencia ad regimen ciuium videbitur autem quod ad sex reduci que statuebat circa huiusmodi regimen. Primo enim statuit quedam pertinencia ad multitudinem et distinctionem ciuium. Secundo determinat de distinctione possessionum. 3o de distinctione iudiciorum. 4o de distinctione iudicantium. 5to de modo iudicandi. Sexto et ultimo statuit quasdam leges tangentes diuersa genera personarum. Ypodomus enim statuens suam policiam primo intromisit se de multitudine et distinctione ciuium dicens optimam quantitatem ciuium esse circa decem milia virorum. Hanc autem quantitatem ciuium distinxit in tres partes scilicet in bellatores agricolas et artifices. Volebat enim bellatores debere habere arma et non terram agricolas vero terram sed non arma artifices vero neque terram neque arma attentare. Unde enim est hic quantum ad primam spectat tribus indiget. Scilicet victu potu et cibo propter caloris naturalis consumente radicale humidum. Secundo indiget homo domo et vestitu et aliis artificiis propter intemperiem aeris. 3o indiget defensione propter hostes extrinsecos et

propter sediciones et litigia que possent in ciuitate contingere. Ideo enim tria destinxit scilicet tria genera virorum. Quantum ad victum sufficiunt agricole. Et intelligit per agricolas omnes colentes terram et vineas et vel omnes pastores animalium. Sed quantum ad domos et vestimenta et alia artificiata sufficiunt artifices. Quantum vero ad defensionem destinxit bellatores. Sic ergo determinauit phus de multitudine et distinctione ciuium. Secundo intromisit se et determinauit de distinctione possessionum dividens totam regionem id est totum territorium ciuitatis in tres partes scilicet in partem sacram communem et propriam. Sacram attribuebat ob tm communem bellatoribus propriam agricolis. Dicebat autem totum territorium ciuitatis optime diuisum esse, scilicet partes tribueretur ministrantibus in templis diuinis, quam appellabat sacram. Partem vero bellatoribus quam appellabat communem quia bellatores communi bono et defensioni patrie vacare debebant. Partem vero esse propriam ipsis agricolis. Artificibus quidem nullam partem territorii tribuebat, eo quod arte sufficienter viuere possent, nec etiam bellatoribus tribuebat territorium nisi commune de quo bellatores viuerent de communi errario. 3o intromisit se de distinctione iudiciorum. Dicebat autem omnia iudicia debere

esse de tribus enim quod de quibus litigant cives vel de nocumento iniuria et morte Circa quamlibet autem iniustificat in aliud vel iniustificat in eius res nocendo depredando vel dampnificando in personam vel personam et sic dupliciter vel dehonorando eam faciendo ei obprobria et iniuria vel offendendo ipsam faciendo ei percussiones et vulnera Iniustificacionem autem quantum ad res appellabat nocumentum Sed iniustificacionem quantum ad dehonoracionem persone vocabat iniuria offensiones autem ipsius persone quantum ad percussiones et vulnera nominabat mortem quia talia ad mortem ordinantur Ex quo videtur quod ista divisio magis sumpta habeat a sensibus Quarto rationabiliter se de distinctione iudicium dicebat enim debere esse duo genera iudicum unum et duplex pretorium unum ordinarium in quo disceptentur cause et aliud principale ad quod reducuntur appellationes Volebat autem quod principale pretorium ut narrat philosophus 20 pol debere ex senibus electis ut cause male iudicate fierent in pretorio ordinario senes illi electi et boni testimonii rectificarent ipsas Circa quinto rationabiliter se de modo iudicandi Volebat enim in utrisque pretoriis tam principali quam ordinario iudicia fieri sine collacione iudicium inter se Dicebat autem quod audita causa quilibet iudex ipse cogitaret et ponat in pugillaribus scriptam adduceret sententiam suam ut si inculpatus simpliciter contempnendus esset iudex simpliciter condempnacionem scriberet Si vero simpliciter absolvendus pugillarem portaret vacuum Sed si aliquo modo contempnendus in aliquo absolvendus per scripturam determinaret illius philosophus ait 20 pol Ubi postquam dictum philosophus narrat assignat causam dicte propositionis sic statuit credebat enim quod si iudices invicem essent astricti ut dicunt quod sentirent forte denegarent timendo cum aliis dicerent quod sentiunt Ideo ordinavit quod quilibet privatim suam sententiam scribat Sexto statuit quasdam leges tangentes diversa genera personarum Statuit autem quatuor huiusmodi leges Circa quarum prima tangebat sapientes secunda bellatores tercia communem populum et quarta principem quantum ad sapientes statuit quod quicumque inveniret aliquid quod esset expediens civitati quod ei tribueretur debitus honor Secundo quantum ad bellatores ordinavit quod filii eorum qui morerentur in bello sicut pro defensione patrie et pro bono civitatis acciperent cibum de erario publico Tercio quantum ad totum populum statuit ut totus populus videlicet tam bellatores quam artifices et agricole eligerent

ad electionem principis. Valebat
enim ut patet ex dictis suis prin-
cipem esse per hereditatem sed per
electionem quia electionem toti populo
tribuebat. Quarto quantum ad
principem electum statuit ut prin-
ceps principaliter curam haberet de
tribubus vel de civibus indigentibus de
peregrinis et orphanis. Appellabat
enim orphanos ubi omnes perso-
nas impotentes non valentes
per se regere sua iura tueri
Spectat enim ad regem et prin-
cipem qui debet esse custos iu-
stitie de rebus communibus et etiam
de peregrinis et personis impo-
tentibus specialem curam gerere eo
quod talibus alii de facili iniu-
riantur cum non possint defendere
sua iura

Multa bona consequi-
mur ex opinionibus
antiquorum philosophorum
eo quod ipsi in suis
dictis multa bona
et vera dixerunt. Dato tamen quod mul-
tum dixissent recitande tamen es-
sent opiniones eorum et cum similiter
philosophus 2o metaphysice debemus gratias
reddere eis qui a veritate devi-
ant et discordant ab opinionibus
nostris. Dilatant enim talia alium in-
tellectum / mala quidem aliorum dicta
multotiens manifestant veritatem ut

recte iudicet. Ypodomi quoque
post recitationem quod in sua
policia multas bonas statuta
promulgavit. Que tamen in com-
muni consistunt. Possumus tamen
quantum ad praesens spectat secundo di-
cta philosophus non possumus increpare
Ypodomum quantum ad tria. Primo
quantum ad incompossibilitatem
statutorum. 2o quantum ad modum
quem statuit in iudicando. 3o
quantum ad leges quas statuit
tangentes diversa genera personarum
Primo enim philosophus dictum defecit
statuendo impossibilia. Nam statu-
tum de distinctione civium stare
non poterat ad statuta de ele-
ctione principis. Si enim civitas
secundum ipsum distingui debeat in
tres partes vel in bellatores ar-
tifices et agricolas et soli bel-
latores habebant arma ut pos-
sent seditiosos et iniuria facientes in
civitate retinere et patriam ab
hostibus defendere oportebat
bellatores habere maiorem potentiam
quam agricole et artifices sed simpliciter
et quod semper potentiores dominantur
et hos libenter iniustificant cum pos-
sunt. Hoc posito artifices ag-
ricole non habebunt partem in poli-
cia et bellatores non mittent
eos partem in electione principis
statuere ergo quod plus totus populus eli-
gat principem stare non potest ad
statuta de bellatoribus ut quod

ipsi sint potentiores aliis & soli
habentes arma Secundo
deficiebat ypodamus quantum ad
modum quem statuit in iudicando
volebat enim iudices non debere
conferre in pretorio de sua senten-
tia ut ait philosophus non denega-
bat. quin unusquisque privatim conferre
posset. hoc autem duplici via
patet probari. Primo quia isto modo iudicandi
videtur sequitur maior perversio et
maior degeneratio iudicium nam
citius pervertuntur iudices si pos-
sent sibi loqui in privato quam
si loquerentur publice in pre-
torio & si iuraverint dicere quod
sentiunt tamen deierabunt Se-
cundo quia aliud vero philosophus in-
nuit quod in quibusdam bonis po-
liciis contrario statuunt quam ordina-
verit ypodamus ubi ordinave-
rit iudices posse loqui sibi invicem
publice non tamen adinvicem habere
consilium in privato Rursus de-
ficit dictus modus quia in omni-
bus iudiciis oportet collationem ha-
bere adinvicem ut si iudices discor-
dant oportet collationem habere
adinvicem quorum sententia tenenda
esset Tercio deficiebat dictus
philosophus quantum ad legem quam statuit
et tangentes diversa quantum ad pro-
narium et specialiter quantum ad legem
quam statuit erga sapientes
nam si quis sapiens inveniret
aliquod expediens civitati debe-

ret ei hoc debitum honorem attri-
bui coronarent sapientes ad in-
veniendas novas leges & ad
ostendendum novas leges inven-
tas esse conformes civitati quare
continue mutarentur leges quod
est valde in civitate periculosum
quia leges magnam efficaciam ha-
bent ex diuturnitate temporis Unde
si assidue innovarentur leges
tollerentur vires et efficacia ipsarum
Statutum quod ypodamus de eo qui
invenit aliquod expediens civi-
tati ut ait philosophus sufficiat vi-
sum apparet bonum est tamen peri-
culosum In hiis autem deficit ypodo-
mus utrum autem deficeret in
aliis ut utrum principatus debe-
at esse per electionem vel per heredita-
tem non vero leges sint mutan-
de. dato quod aliquem defectum de-
fectum contineat & ad alia que cir-
ca istam materiam sunt pertinenda inferius
diffusius tractabimus ad pre-
sens sufficiat hoc tetigisse de
opinionibus plurium & in hoc
terminetur prima pars tercii li-
bri In quo agitur de regimine
civitatis & regni

Quo regende st̄ ciuitates
tempore pacis que et
quot consideranda st̄ in illis
Quot sint spes principatu
um et qui illorum sint boni et
qui mali quare
Quod melius ciuitatem et re
gnum vno regi quam pluri
bus et quod regnum est optimus
principatus
Quibus racionibus ostendi
potest quod apparet melius esse
ciuitatem et prouinciam
regi pluribus quam vno et
quod solum potest vos ille
Quod melius est regimen
regni et principatus ire
per hereditatem et successionem
filiorum quam per electionem
Que sunt quibus rex a
lios debet excedere et quo
rex differt ab aliis
Quod tirannides est pessimus
principatus et quod sidme de
bet reges et principes ca
uere ne eorum dominium
in tirannidem conuertatur
Quod est officium regis
in tirannidem et qualiter rex
se habere debeat in regi
mine ciuitatis et regni
Quot sunt illa que debet
operari verus rex que
simulat se facere tirannus
Que et quot sint cautele
quibus tiranni nituntur
se in suo dominio preseruare

Quot sunt illa ad que se
ducuntur cautele tiranni
ce et quod reges caue debent
ne efficiantur tiranni quia
opera regia sunt optima
tirannica vero sunt pessima
Quod detestabile est regi
am maiestatem declina
re ad tirannidem quia quasi
corrupcionis est in aliis per
uersis principatibus totum
in tirannidem congregatur
Quod sidme expedit regibus
gubernare populum et cauere
ne tirannisent quia multis
de causis contingit sub
ditos insidiari tirannis
Quod maxime rex cauere
debet ne efficiatur ti
rannus eo quod pluribus
modis corrumpitur tiran
nides quam regius principatus
Que sunt que saluant
dominium regium et quid o
porteat regem facere
ut se in suo principatu pre
seruet
Que sunt consiliabilia et
circa que oportet consilia adhibere
Quid est consilium et qualiter sunt
consilia facienda
Quales consiliarios debe
at assumere regia maie
statem
Quot oportet esse con
siliarios et circa quot con
silia sunt adhibenda

Et quantum possibile sit sunt
omnia legibus determinanda
et quam pauciora sunt arbi
trio iudicum committenda
Qualiter est in iudiciis pro
cedendum et quod sermones pas
sionales sunt coram iudice
prohibendi.
Que et quot oportet habere
iudicem ut contingat
eos debite iudicare
Que et quot oportet con
siderare iudices ut indul
geant humanitati et ut sint
clementes potius quam cru
deles
Et diuisa sunt iura legum
et diuisi sunt modi iusticie
et quod ius naturale et positiuum
et cetera talia reducuntur
Quod ius gentium in
ter aliud a iure na
turali habet esse distinctum
Qualis debeat esse lex
humana et quod condere tales
leges sunt utile regno
et ciuitati
Et non cunctis est leges
ferre et quod ut leges vim
obligandi habeant oportet
eas promulgatas esse
Quot et que opera de
bet continere leges que
a regibus et principi
bus condende sunt
Quare melius regitur ciui
tas et regnum. vtrum melius
regatur optimo rege quam optima
lege
Et propter legem humanam et
naturalem oportuit da
re legem euangelicam
et diuinam
Et quantum possibile est assue
scere innouare et mutare
leges
Quid est ciuitas et quid
est regnum et qualem
oportet esse pollicem existe
tem in regno et ciuitate
Et que est optima ciui
tas et optimum regnum et
optima pollicia que est ex
multis personis mediis
constituta
Et expedit populo cum
magna reuerencia le
gibus obedire et cum sum
ma diligencia leges re
gias obseruare
Quare se debent ciues
et alii habitatores regni
ne reges prouocentur
ad iracundiam contra illos
Quomodo reges et principes de
bent se habere ut amentur
a populo et quomodo ut timeantur
et quod vtrumque sit necessarium
sed plus appetere quam timeri



Postquam auxiliante deo complevimus primam partem huius tercii libri pertranseundo quandam particulariter ad propositum et recitando opiniones antiquorum philosophorum instituencium politias et tradencium artem de regimine regni et civitatis. Restat nunc exequi de aliis duabus partibus videlicet de regimine civitatis et regni tempore pacis et de hiis que requiruntur tempore belli. Sciendum ergo est quod sicut tempore belli defendenda est civitas per arma, sic tempore pacis gubernanda est per leges iustas et per consuetudines approbatas que vim legis optinent. Videntur ergo sic se habere arma ad tempus belli sicut leges ad tempus pacis. Considerandum igitur quomodo tempore pacis gubernandam esse civitatem et regnum per leges iustas et consuetudines approbatas diligenti patere potest que et quot consideranda sunt in tali regimine. Videtur autem ad presens 4or posse tangere quatuor que consideranda sunt in tali regimine civitatis, nam ad sunt principes, consilium, pretorium et populus. Possumus autem ex ipsis legibus quibus regenda est civitas duci via investigandi quod de pretoribus quatuor

considerandum est in regimine quo regenda est civitas tempore pacis. Prima via sumitur ex hiis que requiruntur ad legem. Racio autem est quia intendit in ipsa lege. Prima via sic patet. Nam constat quod per leges recta gubernacio haberi continet ad principem spectat quatuor requiruntur. Primo ut leges per sapienciam sint bene invente. Secundo ut per civilem potenciam sint bene custodite. Tercio ut per leges inventas et custoditas acta civium sint recte iudicata. Quarto et ultimo ut per hoc pacificus status populi que tradunt in legibus sint bene observata. Bene autem custodire leges per potenciam civilem spectat ad principem. Unde et philosophus quinto Ethicorum ait quod princeps debet esse custos iusti, idest iustarum legum et statutorum, nam ipsa statuta legalia leges quedam dici possunt. Bene quidem invenire leges per sapienciam spectat ad consilium. Decet enim principes adeo sapientes consiliarios habere ut debite invenire possint que politice observare debent. Bene enim dictare leges inventas per consiliarios et custoditas per principem spectat ad pretorium sive ad iudices. Ipsi enim sunt qui secundum leges acta civium iudicare debent. Sed observare leges spectat ad omnes cives sive ad totum populum

Et hoc sic considerent quod requiri-
tur ad hoc quod tota pars vel legis-
lator bene gubernetur civitas optime in
huiusmodi regula. De predictis quatuor
consideracionibus fuit. Secunda
via ad investigandum huiusmodi sumi-
tur ex fine quem in legibus intendi-
tur. Debet enim intendere legisla-
tor ut per leges consequamur lau-
dabile fugiamus vituperabile. De
consiliari autem et non cuius est consilium
de iusto enim et iniusto est pro-
prium, sed de laudabili et vitupe-
rabili est declamacio sive con-
cionacio. Concionator enim vel respi-
ciens totum populum propulsus enim ad hoc
agendum per leges maxime in-
ducendus est, eo quod in ipsis le-
gibus laudabilia recipiuntur
et prohibentur turpia. Volen-
tem ergo determinare qualiter regen-
da sit civitas tota pars non
solum considerare debet qualis de-
beat esse princeps cuius est le-
ges ferre et custodire, sed et qua-
les debeant esse consiliarii quorum
est cognoscere quid sit conferens et
quid nocivum, et quales debe-
ant esse iudices quorum est in-
dicare quid iustum et quid iniustum
et qualis debet esse populus qui in-
ducendus est ut sequatur pulcrum
et laudabile et fugiat vitupe-
rabile et turpe. De omnibus hiis
quatuor scilicet de principatu consilio pre-
torio et populo breviter ut ad presens

spectat dicemus in secunda hac par-
te huius tercii libri. Primo enim
dicemus de huiusmodi principatu.

Ut tercio politicorum philosophus
distinguit sex ge-
nera principatuum
quorum tres sunt
boni et tres mali. Nam regnum
aristocratia et policia sunt prin-
cipatus boni, tirannides oligarchia
et democracia sunt mali.
Docet enim ibi discernere bonum prin-
cipatum a malo. Nam si in aliquo
dominio intenditur bonum commune
et omnium civium secundum suum statum sic
esse equale et rectum, sed si inten-
ditur ibi bonum dominorum et aliorum
oppressio sic est corruptum et perversum.
Hec enim duo tamen via philosophus accipere
possumus sufficienciam principatuum
tam perversorum quam rectorum. Nam in civi-
tate vel in aliqua gente vel civi-
tate vel unus vel pauci vel multi. Si
dominatur unus vel ille intendit bonum com-
mune et subditorum tunc dicitur monarchia
sive regnum. Regis enim est inten-
dere bonum commune, sed si per tirannidem potencia
opprimens alios omnia ordinat in bo-
num proprium et privatum non dicitur rex
sed tirannus. Duo ergo principatus
consurgunt ex dominio unius. Cum enim
regitur ut cum propter bonum commune do-
minatur rex et alius propter privatum ut

cium propter bonum privatum principatur
tirannus contingit tamen aliquam civi
tatem aliquando non regi uno aliquo
dominante / sed regi aliquibus pau
cis. Videmus enim pluries in civi
tate Romana quod deficiente senatu
tempore illo intermedio donec alius se
nator eligeretur regebatur totus
Romanus populus quibusdam paucis
viris / eligebantur enim duodecim
viri approbati et boni testimonii
quos vocabant duodecim bonos
homines et horum gubernamine / tota
civitas regebatur. Sed et ma
lefica facta distinguebantur ex
diversitate principatuum. Dicebatur
autem de aliquo malefacto fuisse
factum tempore senatoris vel de aliquo
tempore bonorum hominum. Si ergo
regatur civitas non per unum
solum sed per quosdam paucos et si
illi pauci sint virtuosi et bo
ni et intendunt commune bonum
et tunc talis principatus dicitur aris
tocratia. quod idem est quam principa
tus bonorum et virtuosorum. Inde
est venit quod maiores in populo
qui debent populum regere vocati
sunt optimates / quia optimi esse
debent / quam aliis prodesse deside
rant / sed si illi pauci non sunt
virtuosi nec intendunt commune bonum
~~et intendunt~~ sed sunt divites
et opprimentes alios et intendunt
proprium lucrum / huiusmodi principatus
dicitur oligarchia quod idem est
quam principatus divitum / contin
git enim duplex principatus

ex dictis paucos viros rectius ut
cum dominantur aliqui qui sunt
virtuosi et intendentes commune bo
num et aliis profectus ut cum domi
nantur aliqui non quia sint boni sed
quia sunt divites et alios op
primentes. Tertio possunt distingui
principatus ex eo quod in civitate
dominantur multi. Contingit enim
in civitatibus Italie domina
ri multos et totum populum. Ibi
enim requiritur consensus totius
populi in statutis condendis in
potestatibus eligendis et eis corri
gendis. Licet enim semper ibi advo
catur potestas vel dominus aliquis
qui civitatem regat magis
tamen dominatur totus populus quam
dominus advocatus eo quod to
tius populi est eum eligere et cor
rigere si male agat. Etiam eius
totius est condere statuta que
non licet dominum transgredi.
In tali igitur principatu ubi
dominantur multi ut totus po
pulus non intenditur bonum
commune regnorum mediarum per
sonarum et divitum et omnium secundum
suum statum et tunc est rectus et
equalis. Et quia talis principatus
non habet nomen proprium vocat eum philosophus
nomine communi et dicit ipsum esse
politiam / politia enim idem
est quod ordinatio civitatis. Quantum
ad hoc principatum quod sit in illa
et prius quantum ad maiorum prin
cipatum qui dominantur omnibus aliis

Policia enim consistit maxime
in ordinatione summi principatus
qui est in civitate. Cum ergo or-
dinatio civitatis policia dici-
tur, principatus ille populi si rectus
sit eo quod ipse habeat commune nomen
policia dicitur. Nos ad talem
principatum appellare possumus
gubernationem populi si recta sit. Si vero
populus sit dominus et non intendit
bonum omnium secundum suum statum sed
vult tirannizare et opprimere divi-
tes est principatus perversus et ge-
nerali nomine dicitur democratia. Nos
ad ipsum appellare possumus per-
versitatem populi. Patet ergo quot sunt
principatus et qui sunt illorum bo-
ni et qui perversi et quomodo mali.

Quia intendimus
ostendere que sit op-
tima policia et
quis sit optimus
principatus. Post-
quam distinximus modos principandi
et declaravimus qui illorum sunt recti
et qui perversi, restat ostendere
inter principatus rectos quis sit me-
lior. Assignantur autem tres vie ad osten-
dendum seu videndum quod regnum est op-
timus principatus et quod melius
est civitatem aliquam seu provin-
ciam regi uno quam pluribus sive
illi plures sint pauci sive
multi. Prima via sumitur ex
unitate et pace que debet intendi
in regno et in civitate. Secunda sumitur
ex civili potentia que requi-
ritur ad regimen civitatis. Tertia
ex hiis que videmus in natura.
Quarta et ultima ex hiis que ex-
perimento didicimus in regimini-
bus civitatum. Prima via sic pa-
tet. Nam pax et unitas civium debet
esse finaliter intenta a legisla-
tore sicut sanitas et equalitas
humorum est finaliter intenta
a medico. Sed ad unitatem
et concordiam magis efficax est
quod est per se unum. Magis autem
per se unitas reperitur in principa-
tu si dominetur una persona quam
si dominentur plures. Nam
ubi plures principantur nun-
quam potest esse pax in huiusmodi principa-
tu nisi illi plures sint uniti
et concordes. Ipso quod ad unum
accedunt et illud magis. Ergo per se
pax et concordia inter cives sine
plures principantes sit quod unum
ergo si plures unus principantur
nisi eos non sit de finali turbatur
pax ipsorum civium. Secunda via
ad investigandum hoc sumitur ex
civili potentia que requiritur
in regimine civitatis. Nam quanto vir-
tus est magis unita tanto for-
tior est quam si sit dispersa ut decla-
ratur in libro de causis et in
corporibus proteli. Videmus

eciam nisi ipsi multi homines tra
herent navem nisi uniantur in
tractu. ut quod unus trahit alius
non trahit nunquam navem traherent
immo si omnes virtutes que sunt
in pluribus trahentibus con
gregarentur in uno quia ille
essent magis unite. traherent
et virtuosior esset in trahendo.
Sic et tota civilis potencia que
est in pluribus principantibus et
congregaretur in uno principe
efficacior esset et ille principans
propter habundanciorem potenciam
melius posset policiam gubernare
Tercia via sumitur ex hiis que
videmus in natura. Ubicunque
aliud est regimen naturale semper illud
totum regimen reducitur in ali
quod unum principans. ut si in eo
dem corpore sunt diversa membra
ordinata ad diversa officia et
ad diversos motus est dare aliquod
unum membrum. ut cor. a quo omnis
motus sumit originem omnes mo
tus alios. sicut in toto corpore
Reinsuper si ad constitucionem eius quod
concurrunt diversa elementa. est tamen
dare ibi aliquod unum ut animam
continentem et retinentem elemen
ta in corpore aliquo ne dissolva
tur aliter propter contrarietatem corpus ipsum
contra finem sumit de anima
magis ergo corpus ipsum ergo et
est unum celeste corpus ut
primum mobile a quo illud per omnia
motum regitur et causatur totum mo

tus sensus sic in inferiora et in toto
mundo est unus deus in gloria
singula regens et disponens
Apparet ergo quod naturale est in soci
etate communi nature subsistere com
rei. Si igitur singula natura
lia consistentur semper videmus
multitudinem inesse reduci
in unum aliquod principans et gu
bernans quod sunt naturale est quod
multitudo ab unitate procedat
sic est ergo naturale ut in unum
aliquod reducatur. Bonum ergo est
regimen populi sive multorum
si sit unum. Melius tamen est
regimen paucorum eo quod magis
ad unitatem accedat. Optima
est autem monarchia sive gu
bernacio unius regis. Ideo quia ibi
perfectior unitas reservatur. Quar
ta via sumitur ex hiis experi
mento videmus in regimini
bus civitatum. Ipsi enim su
mus civitates et provincias
non existentes sub uno rege
esse in penuria nec gaudere
pace molestari dissensioni
bus et guerris. Existentes
vero sub uno rege econtrario
rarius nesciunt pace letantur ha
bundancia florent

Licet Philosophus in politicorum vide
tur tangere tres
raciones per quas vi
detur quod melius sit
civitatem aut provin
ciam regi pluribus quam uno. Vi
dentur enim in principe tria esse
necessaria ut bene regat populum
sibi commissum. Primo enim debet
habere perspicaciam, secundo rectam
intencionem, tercio potestatis stabilitatem.
Ex hiis ad sensum sumuntur tres vie
ex quibus venari possumus quod
bonum sit principari plures et non
unum tantum. Prima via sumitur
ex eo quod plures oculi plus vident
quam unus et plures manus plus
possunt quam una et plures intel
lectus superant unum in cognoscen
do. Sic si dominantur plures erit
ibi perspicacior racio quia plura cogno
scunt quam si principaretur unus
homo. Unde et Philosophus 3o politicorum ait
quod plures homines sic principantes
quasi constituunt unum hominem multo
rum oculorum et multarum manuum.
Quare melior erit huiusmodi prin
cipatus quia homo sic constitutus
ex multitudine sic principans ef
ficacior erit in principando. Secunda
via ad investigandum hoc idem
sumitur ex recta intencione que
requiritur in principante. Tunc
enim principatus rectus est quando inten
ditur si non intendat in bonum pro
prium sed bonum commune. Quanto igitur
minus intendit bonum commune tan
to ~~melior~~ est peior est principatus.
Sed si dominentur multi datur quod
intendat bonum ~~proprium~~ commune quia bonum
multorum est quasi bonum commune et inten
dendo sic bonum proprium non omnino re
cedunt ab intencione boni communis quia
si dominaretur solus unus tunc
intenderet bonum proprium quia bonum u
nius est quasi bonum privatum sic in
tendens recedit quasi a communi bo
no omnino. Peius ergo est principari unum
quam plures. Tercia via sumitur
ex stabilitate que requiritur in prin
cipante. Decet enim principem esse
regulatum rectum et stabilem ut per iram
et per concupiscencias et per alias pas
siones non corrumpatur ut putat
sed ut ait Philosophus facilius corrumpitur
unus quam plures. Melius ergo est do
minari plures quam unum. Dicen
dum est ergo quod hanc dubitacionem
quam Philosophus 3o politicorum venatur du
bitando assignans raciones multas quod
melius est dominari multitudinem.
Quia in eodem 3o tangit quedam
per que obiecciones huiusmodi solvi pos
sunt. Non enim est intelligendum
simpliciter sensisse de intencione Philosophi
dominium plurium esse commenda
bilius dominio unius. Dum
ostendit sed recte cum ipse plures
dicat in eisdem politicis regnum esse
dignissimum principatum inter principatus.
Enim rectos principatus unius qui
dicitur regnum est optimus. Inter per
versos est principatus unius qui

tertium nomine tyrannides nuncupatur est pessimus sed de hoc infra dicetur. Ostendemus enim quod sicut monarchia regia est optima ita quanto maiori bono maius malum opponitur monarchia tyrannica est pessima. Dominari autem plures domino recto non est dignius quam dominari unum quia ad minus plures recte possunt dominari nisi in quantum tenent locum unius et sunt habentes adversus concordiam et unitatem sicut supra dicebatur propter unumquodque et illud magis. Quare si dominari plures in tantum est rectum et dignum in quantum tenent locum unius dominantis unum et faciens monarchiam si debito modo fiat erit omnino rectius et dignius. Concludendum est igitur regnum esse dignissimum principatum et rectum dominium melius esse unum dominari quam plures. Sed ut solvantur obiecta contra predicta sciendum quod licet plura cognoscunt plures quam unus et citius corrumpitur unus quam plures et multi non sic deviare possunt ab intentione recta sicut forte faceret unus solus. Immo si fiat monarchia et dominetur unus princeps non unus rex in toto principatu non in toto regno ille princeps non ille rex tamen ut patet 3o pol. debet sibi associare multos sapientes ut habeat multos oculos et multos bonos amicos et habeat multos pedes et multas manus et fiat unus homo multorum oculorum multarum manuum et multorum pedum. Non ergo dici potest talem unum monarcham non cognoscere multa quae spectant ad regimen regni quia cognoscit omnia illa quae sapientes cognoscunt. Totum ipse velle cognoscere dicitur. Nec etiam dici potest ipsum de levi posse vinci et corrumpi. Nam si rex recte desiderat dominari non est possibile ipsum perverti nisi totum consilium et omnes sapientes et bonos quos sibi associavit contingeret esse perversos. Talis enim intendit maxime commune bonum. Immo si sic se habeat omnino dignum est ipsum principari sive dominari. Si autem aliter se habet ut si spreto consilio et dimissa societate sapientum et bonorum vellet sequi caput proprium et appetitum privatum iam non esset rex sed tyrannus. Talem ergo non esset melius dominari quam plures immo pessimum esset dominium eius quia ut patet ex habitis et ut infra plenius patebit et ostendetur tyrannides est principatus pessimus.

Videtur forte alicui omnino esse melius et dignius dominari regiam et principatum re

per electionem quam per hereditatem. Nam
superficialiter considerata quesiti ve-
ritate dubitare videtur an me-
lius sit constituere dominium arte
vel sorte. Nam si per electionem preficia-
tur aliquis in regem, videmus
tale regimen non esse expositum ca-
sui et fortune, sed factum esse per
artem, eo quod preficietur melior
et industrior. Sed si per hereditatem
hoc fiat, exponitur regimen quasi
sorti casui et fortune. Nam in-
certum est qualis debeat esse filius
ad quem spectat habere regiam
dignitatem. Absolute ergo loquendo me-
lius est principem preficiendum sive
constituendum esse per electionem quam per
hereditatem. Tamen quia ut plurimum homines
corrupti sunt appetitu, consideratis
gestis et conditionibus hominum que
experimur, [illegible]. Videtur
igitur dicendum magis expedire
regno et civitati ut dominus
preficiatur per hereditatem quam per elec-
tionem. Possumus autem triplici via o-
stendere quod consideratis conditionibus
hominum melius est regimen huiusmodi
per hereditatem ire. Prima via
sumitur ex parte ipsius regis regentis,
secunda ex parte filii qui debet
in hereditate succedere, tertia ex parte po-
puli qui debet per tale regimen
gubernari. Prima via sic patet.
Nam secundum Philosophum 2° Politicorum inenarra-
bile est quantam delectationem habeat
et quantum differat putare aliquid pro-
prium. Nam quod est naturale otio-
sum et vanum esse non potest. Vnde

aut quilibet habet amicitiam ad seipsum
naturale est. Igitur tanto regem
magis sollicitari circa bonum regni
quanto credit ipsum regimen magis
esse bonum suum et proprium bonum. Quare
si rex videat debere se principari
super regnum non solum ad vitam sed
etiam per hereditatem in propriis filiis,
magis reputabit bonum regni esse
suum bonum et ardentius sollicita-
bitur circa tale bonum. Immo quia tota
spes patris requiescit in filiis et
nimio ardore moventur patres
erga dilectionem filiorum, ideo rex
omnem curam quam poterit movebit
ad procurandum bonum statum regni
si cogitet ipsum pervenire ad domi-
nium filiorum. Philosophus tamen in Pol-
iticis ubi determinat de hac materia ait
quod hoc est difficile, videlicet quod sic pa-
tres possint tradere regimen regni
propriis filiis. Contingit enim hoc esse
quia virtutis divine et excedere humanum
modum. Sed forte hoc Philosophus ideo ait
quia antiquitus ut plurimum reges
convertebantur in tyrannos et non diu
durabat quod filii hoc modo succederent
in hereditatem paternam. Vel semper
hoc dicitur esse divinum quia nisi reges
et principes bene se habeant erga
divina, raro contingit filios re-
gnare post patres, et si regnent
filii, vix vel nunquam regnabunt
filii filiorum. Ex parte ergo regis
ut magis sollicitetur bonum esse
regimen, arguere possumus quod ex-
pediat regale regimen in filios

per hereditatem succedere. Secunda via
ad investigandum hoc sumitur ex
parte filiorum ad quos spectat successive
cura regni. Nam sicut mores im
per ditatorum ut plurimum peiores
sunt moribus eorum qui sunt di
vites ab antiquo, sic mores nuper
potentum et de novo elevatorum
ad apicem similis potentie peio
res sunt moribus aliorum. Nesciunt
enim tales fortunas ferre. Nunquam
enim exaltatus in rege et quedam
inerudite regie dignitatis. Ta
les quidem ut plurimum tyrannisant
et inflati redderentur inerudite regnant.
Sed si regale regimen per hereditatem
filii vadat ad filios ex hoc non inflantur nec
efficiuntur elati quia non reputant
magnum si illud habeant quod pa
tres possederunt. Propter quod credere ex
parte filiorum debere succedere in he
reditate. Nam expedit regno
ne inerudite regatur et ne rega
le regimen convertatur in tyranni
dem ut regia dignitas per heredita
tem transferatur ad posteros. Ter
tia via sumitur ex parte populi qui debet
per talem regimen gubernari. Nam
consuetudo est quasi altera natura.
Propter quod regia ex consuetudine
quasi natura efficiuntur. Populus igi
tur sic per diuturnam consuetudinem
obediat patribus filiis et filiorum
filiis quasi natura inclinatur ut vo
luntarie obediat. Que cum omne
voluntarium sit minus onerosum
et difficile ut libentius et facilius
obediat populus mandatis regis
expedit regie dignitati per here
ditatem succedere. Determinare igitur
dominium ex qua assumendus est
rex sedat litigia, tollit tyran
nidem, efficit quasi dominium na
turale. Litigia enim sedat quia
multotiens inter eligentes dis
sensiones propter electionem principis o
riuntur. Propter quod turbatur pax
regni. Et tyrannidem tollit quia
dominantes per electionem ut patet
per habita non sic diligunt bonum
regni sicut hereditarie principantes
et quia hoc est esse tyrannum non
intendere bonum regni, tales fa
cilius tyrannisant. Efficit ex hoc
dominium naturale quia populus
quasi naturaliter inclinatur ut obe
diat iussionibus talis regis.
Ex hoc autem patet quod non so
lum expedit regno determinare
prosapiam ex qua preficiendus
est dominus sed etiam oportet determinare
personam. Nam sicut oriuntur dissen
siones et lites si ignoratur ex qua
prosapia assumendus sit rex,
sic et litigia oriuntur si non
determinetur que persona in illa
prosapia debeat
principari. Talem autem determinare
personam difficultatem non habet. Nam
si dignitas regia per hereditatem
transferatur in posteros oportet eam
transferre in filios quia in linea
consanguinitatis filii parentibus
maxime sunt coniuncti. Oportet ad ta
lem dignitatem magis transferre

ad masculos sed ad feias qr ma-
sculus et femia com[m]unit[er] se habent ut
de actiuis passiuum inter ipse
quartor. Sic masculos ad regi-
alem dignitatem tribuere ma-
gis primogenito quam aliis quia ut
ait philosophus 20 pol. Reges com[m]uni-
ter senioribus obedire vnde quia
patres com[m]uniter plus primogenitos
diligunt ut magis sit cure re-
gi de bono regni. Expedit sta-
tuere regnum succedere primoge-
nito ut per ampliori solatium
dnie curet de bono regim-
inis sciens ipm p[er]uenire ad filium
plus dilectum. Ut si dicatur
quod contingit aliquando magis diligere
iuniores. talibus obiectionibus
de facili respondetur quia forte
humana et gesta particularia
olo sub certa regula et sub cer-
ta arte non cadunt. Sufficit quod ita
libus probabiliter persuasive et figuralis-
ter statuere que in pluribus continent
veritatem quod ut superius tangebatur
tur vere ire per hereditatem
dignitate regiam est exponere se
fortune sorti et casui eo quod regio
retur qualis regis filius sit fu-
turus dici debet quod licet sicut ali-
qua gesta humana que ex ali-
qua parte non exponantur periculis
illa tamen sunt magis cauenda que
pluribus periculis exponuntur.
Videmus autem per experientiam plura
mala oriri in ciuitatibus et

regnis ubi id est domini dominus
naturalis. Ita contingit ea a quo
dominium curat gubernatore et eo gub-
natorem huius ut plerumque tradi-
nisat. Plura esset huiusmodi
mala in talibus regiminibus vi-
denimus que enumerare per singula
longum esset. Dicere quod possunt quod
expedit regio filio succedere in
regimine patris est alii desecta
essent in regio filio ad que debita
regia cura p[er]uenire supplere
potest per sapientes et bonos ad-
stantes manus et oculos debet sibi
tantum in societate constituere. Valde
vero in societate reprehensibiles sunt reges et princi-
pes si sub minima cura solicita-
tur quod filii ab ipsa infancia di-
sciplina et bonis moribus sint
imbuti. Ad bonum totius et totius
regni in hoc consistit. Ne sufficiat
quod quia solus primogenitus regnare
debet ut de eo solo cura habea-
tur diligens. Ignoratur enim
quid diuina prouidencia statuit
et nescitur cui filiorum succedat
regnum. Ideo ne periclitetur bo-
num commune de omnibus cura
diligens est habenda.

Philosophus 2o pol.
narrat tria in
quibus rex aliquis

debet excedere. Dicit enim Philosophus quod antiquitus reges a triplici excessu statuebantur. Primo ab excessu beneficii. Nam quia populus non percipit nisi sensibilia bona, quos videt esse liberales et beneficos nimis ardenter movetur in eorum amorem et optat eos habere in dominos. Unde est quod antiquitus patres sic efficiebantur in reges. Nam si aliquis fuerat populo beneficus, gens illa tracta ad amorem eius efficiebat ipsum in regem. Secundo patet aliquos fieri in regem ab excessu virtutis sive actionum. Nam quia bonorum et virtuosorum est diligere bona communia potius quam privata, ideo reputatur dignius ut efficiatur in regem qui a populo redditur virtuosus. Tertio consueverunt fieri aliqui in regem ab excessu potentie et dignitatis. Nam quia possibile est nobiles et potentes magis verecundari operari turpia quam alios, et quia tales ut plurimum vel sunt vel creduntur esse magis apti ad principandum, ideo plures per hunc modum attigerunt aliqui regna obtinuerunt. Si ergo ex talibus excessibus rex creatur et efficitur, si recta sit creatio eius, oportet huiusmodi excessus et amplius et perfectius reperiri in rege iam dignitatem regiam constituto. Sic enim videmus in generationibus naturalibus quod si generatur ignis per rarefactionem et caliditatem

ut competit ei cum entibus hiis omnibus.
Nam homo naturaliter appetit conservari
in esse quod et omnia entia ap-
petunt producere filios et educare
prolem quod et alia animalia com-
petunt naturaliter et appetit vivere

in societate secundum debita pa-
cta et commutationes que inter
alia animalia est proprium solius
hominis. Si ergo regule assimi-
lium fundantur super hoc quod
homo naturaliter appetit esse civilis di-
cte regule esse poterunt de
iure naturali propter natura huma-
na est entitas et convenit cum
entibus omnibus. Si ergo regule
ille fundantur ex eo quod homo
naturaliter appetit filios producere
et educare sic esse poterunt de
iure naturali propter ius naturale est
contractum ad ius gentium
quod est proprium soli generi huma-
no. Ex hoc ergo manifeste patet
quod sicut ius gentium non dicitur
ita ius naturale sicut ius quod
natura omnia alia docuit non
est ita naturale sicut ius illud
quod sequitur inclinationem
ne iure. propter non solum conve-
niam cum animalibus sed ut con-
venimus cum entibus omni-
bus. Naturaliter huius ius est
prius et communius tibi natura
appetere bonum et esse et fugere
malum et non esse plus est
de iure naturali quam appetere procre-
are filios et nutrire. Per hoc in-
venit ergo hic ordo quod ius secundum
naturam nostram propter appetitum
esse et bonum est naturale respectu
iuris civilis quod est simpliciter
positivum. Tria ergo sunt aliquo
de iure naturali unum quod inclina-
tione sequitur naturam nostram naturaliter
si inclinatio illa sequitur naturam

naturam ut humana est. Sunt
ius gentium sed ut convenit cum
animalibus aliis sic esse habet
ius illud quod natura omnia alia
docuit. Sed si ut convenit cum entibus
omnibus sic habet esse ius illud
quod per antonomasiam dicitur esse
naturale appetere enim esse et bonum
et fugere non esse et malum
quod naturaliter appetimus propter naturam
nostram convenit cum omnibus entibus
sic est de iure naturali. Quare tote
alie regule et tote leges
sive sint naturales sive civiles
ab hoc summunt originem et in
hoc fundantur. Naturaliter in omnibus
attenditur vel consecutio boni
vel fuga mali. Sed hec diffusius
pertractare alterius est expositionis
negotium sufficiat autem ad
presens scire quid ius gentium
et ius animalium et quid ius
civile differt a iure naturali.

Videtur autem ius
civile sive ius
humanum et po-
sitivum ad tria
comparari videlicet ad
ius naturale
sive ad legem
nature a qua suscipit fun-
damentum et bonum quod
in ea intenditur et ad gen-
tem ad quam applicatur

que per illam legem est re-
gulanda. Tria ergo lex humana
debet habere ut ad hec tria com-
paretur. Nam ut humana
lex comparatur ad legem
nature oportet quod sit iusta; ut com-
paratur ad bonum commune ut necesse
est quod sit utilis; sed ut refertur
ad populum ad quem debet appli-
cari, debet regulari per humanam
per legem, oportet quod sit competens
et populis consuetum patrie
et tempori et moribus ho-
minum. Quare autem quod talia con-
dicionantur oportet in ipsis le-
gibus aliquam diversitatem
existere. Primo ergo oportet legem
humanam sive positivam
esse iustam ut comparatur
ad rationem naturalem sive ad
legem nature, quoniam si iusta
non sit non est lex sed corru-
ptio legis. Nihil enim ab homine
iuste statuitur nisi sumat
originem a lege naturali et
nisi aliqua ratio naturalis illud
dictet statuendum esse. Secundo
lex humana et civilis
debet esse utilis et compa-
ratur ad bonum commune.
Nam si in lege non intenditur
commune bonum non est re-
cta et regalis sed perver-
sa et tyrannica. Nam

sicut rex differt a ti-
ranno quia rex dicitur
qui recte regit et inten-
dit commune bonum, ti-
rannus vero qui per vim
se principat et intendit
proprium et privatum co-
modum, sic lex recta et
regia in qua intenditur
bonum commune differt a per-
versa et tyrannica in qua
intenditur privatum bonum.
Nam sicut finis est regula
omnium nostrorum agibi-
lium, nam ut vulgo dicitur
propter hoc intendimus et hoc
consequi volumus oportet
hoc agere, tales ergo debent
esse leges que regule agi-
bilium quales requirit bonum
et finis intentus. Quare
cum bonum commune sit
divinius quam bonum privatum
et habeat magis rationem
finis quam huiusmodi bonum
eo quod privatum bonum ordi-
netur ad ipsum, non oportet
leges fieri quales requirit
bonum privatum sed quales
requirit bonum commune
eo quod hoc habet maiorem
rationem finis et perfectionis

Leges ut patet p
posita sunt p p tra
dita sunt quedam re
gule agibilium ordi
nantes nos in quoddam
bonum habentes coactivam
potentiam. Dupliciter ergo via
venari possumus quod
non cuiuslibet est leges condere
prima via sumitur ex eo quod
leges nos ordinant ad commune
bonum. Secunda ex eo quod habeat
potentiam coactivam. Prima
via sic patet nam cuius
est ordinare et dirigere
aliquid in aliquod bonum
eius est condere leges et regulas
agibilium secundum quas tende
mus in bonum illud. quare
cum bonum quod principaliter
intendatur a tota civitate
te ut a toto populo vel a
principante que debet esse
respublica et quibus leges
que ordinant nos in quoddam
bonum condende sunt a prin
cipe. cuius est ordinare et di
rigere alios in tale bonum
vel condende sunt a toto populo
si totus populus principetur
et si sit in potestate eius
condere leges principante. nulla
est ergo lex que non sit edita ab
eo cuius est dirigere in bonum
commune. Nam si lex est divina

et naturalis condita est a deo
tum est omnium dirigens in se ipso
qui maxime est commune bonum
quod est bonum omnibus boni. Lex
vero humana et positiva condita
est a principe vel a toto populo
si totus populus principetur.
Princeps enim et etiam totus populus
cum principatur habet dirigere et
ordinare alios in commune bonum.
Quaelibet ergo persona particularis
quae est pars alicuius multitu-
dinis debet esse observativa
legum, sed non tamen debet esse
conditor legum. Secunda via ad
investigandum hoc idem sumitur
ex eo quod leges coactivam
habent potentiam. Ut enim quilibet
ex populo monere et persuadere
alteri ut bene agat, sed huiusmodi
monitiones et persuasiones
non dicuntur leges quia nihil
habent coactivum. Extendendo
autem nomen legis quaelibet
mandata et quaelibet moni-
tiones dici leges possunt
secundum communem modum loquendi
ut recitat philosophus 10o politicorum
dicebat homerus quod unus-
quisque constituit leges pueris
et uxoribus. Volebat enim ho-
merus quod monitiones et prae-
cepta quae facit paterfamilias uxo-
ri filiis et aliis existentibus
in domo leges nominari
possunt. Sed hic non est secundum propriam
acceptionem legum. Nam sicut
una persona singularis ordinatur
ad bonum domesticum quod
est bonum totalius communitatis, sic bonum
domesticum ordinatur ad bonum
civile et ad bonum regni
quod est totalius et perfectius.
Quare si a bono perfectiori
quod magis habet rationem finis su-
mendae sunt leges aliquibus
civili et regali, sequitur quod non a
bono quod intenditur in regno
et civitate sumendae sunt
leges et regulae agibilium.
Immo quia vim cogendi et
potentiam exterminandi ma-
leficos non habet paterfami-
lias ipse nec persona privata,
sed princeps et persona
publica quae praeest regno et
civitati aut alii multitudini,
ideo leges habentes coactivam
potentiam non sunt condendae nisi
ab eo qui praeest ipsi multitudini
vel ab ipsa multitudine si tota
huiusmodi multitudo principetur. Videmus
quod non est cuiuslibet leges condere
de levi parte potest leges
non habere vim obligandi
nisi sit promulgata. Nam
cum lex sit quaedam mandatum
superioris per quod ligamur
et regulamur in agibilibus
nostris quia superioris man-
datum non ligat nisi per renun-

nec peruenire possit ad noti
ciam subditorum. Ad hoc quod lex
habeat vim obligandi oportet
eam promulgatam esse. Sed cum
alia sit lex naturalis alia po
sitiua aliter promulgatur hec
aliter illa. Nam lex naturalis
est a deo indita in cordibus
omnis ideo in quolibet homine
hec promulgatur et appellatur
quando incipit habere racionis
vsum per quem cognoscat quid
persequendum et quid fugiendum
2m quod hoc pertinet ad ius
naturale. Sed lex humana tunc
promulgatur cum exterius proscri
bitur et prolata in scriptis redi
gitur. quare cum in legi
bus si sint recte et iuste
et a legibus naturalibus demon
strate consistat salus re
gni et ciuitatis. Debent re
ges et principes ideo maxime
sollicitari quas leges im
ponant populo cum diligenter
et prius excogitauerint le
ges imponendas ut huius
modi leges vim obligan
di habeant debent eas pro
mulgare et promulgatas
custodire et conseruare

Capitulum 2m partis iiij pollitice

Circa leges duplex cura
esse debet Primo ut legi
bus instituantur 2o ut bus
custodiantur nec quicquid est
ut legibus sit institutio
bene ordetur

Ostendimus in prece
dentibus capitu
lis quales debent
esse leges condi
te a regibus et
principibus. quare
debent esse iuste vtiles
et conuenientes populo cum
imponuntur. Volumus autem
in hoc capitulo declarare que
sunt effectus legum et que
et quot opera debent con
tinere humane leges. dicitur
autem quatuor esse effectus legum
nec quatuor esse opera legalia
videlicet precipere permittere pro
hibere premiare et punire
quod non leges ut supra
dicebatur quedam regule
actionum nostrarum. Sicut enim
medicina per dietam et po
cionem et per alia que in ea
traduntur vult regulare
et equare humores cor
poris sic ars pollitica
que est de regimine ciuitatis
et regni per leges et per
alia que ibi docentur vult
equare et regulare actio
nes humanas ut cives

iuste viuat et debite se ha
beat. ita actiones autem
humanas dux tua esse
poterit vna tamen opera sunt
futura prius scilicet sint effectui
mancipata alia vero tantum
opera iam sunt in esse producta.
ita utroque modo debet
esse circa conditionem
legum de humanis actibus

Unde est ergo quod quantum ad effectum le-
gum sumuntur vel opera iam
factorum. Respectu fiendorum
hec tria possumus attribuere
legibus videlicet precipere permittere
et prohibere. vel factorum vero
duo legibus attribuimus
punire et premiare. Nam
actiones humane ut quasi
ponimus in triplici sunt differentia
Nam quedam sunt bone et virtuose
quedam male et viciose quedam vero
medie ut ille que de se sunt
indifferentes. multa enim sunt
que de se sunt quasi indifferentia licet
forte intentione operantium
possint esse bona et lau-
dabilia vel mala et vi-
tuperabilia ut si clevare [?]
festucam de terra de se sit opus
indifferens. si quis tamen mala
intentione levaret illam
ut quod vellet ponere in ocu-
lum alicuius esset opus pravum
et vituperabile. Si vero levaret

eo [?] ea vellet purgare domum
vel facere aliquod opus pium
propter bonam intentionem operantis
quod de se est quasi indifferens
esset virtuosum vel laudabile.
Cum igitur hec tria genera operum
fiendorum tria legibus attribui-
mus videlicet precipere quantum ad
opera bona. prohibere quantum ad
mala. permittere quantum ad
indifferentia. Advertendum
tamen quod lex imponitur quasi
gentibus omnibus et omnes quasi
punctuatim [?] non attingunt
medium bonitatis quia non
omnes possunt esse omnino perfecti
spectat ad legislatorem non
solum permittere indifferentia non
prohibendo ea. immo permittendo [?]
sed etiam spectat ad ipsum per-
mittere que non notabiliter
recedunt a medio. Nam si ve-
llet legislator omnia mala
quantumcumque prohibere modi-
ca prohibere et punire vix
aut numquam posset aliquem
populum regere. ideo non solum
permittenda sunt indifferentia
sed etiam quedam modicam maliciam
habent annexam permittuntur
prius [?] a legislatore. Viso quod
attribuenda sunt legibus respe-
ctu operum fiendorum de le-
vi apparere potest quod attribuenda
sunt eis respectu operum
iam factorum. Et autem sunt duo

puniri et premiari ut opera
notabiliter mala antequam
fiant sint prohibenda et postquam
iam sunt facta sint puni-
enda. Opera vero notabiliter
bona antequam fiant per leges
sunt precipienda et consulen-
da. facta vero sunt premianda
Sed opera sunt indifferentia vel
non notabiliter bona vel non
notabiliter mala. non oportet
legibus humanis esse permis-
sa. facta vero nec premiantur
nec puniuntur. Et utique ergo
a bonis legibus duo respectu
bonorum operum ut precipere
fienda premiare facta, et
duo respectu malorum ut prohibe
fienda et punire facta. Et
unum a bonis legibus respectu
operum indifferentium vel quasi
indifferentium ut permittere. Hiis
itaque sic peractis videamus
quod debent reges et principes
quorum interest sollicitudinem circa
quae bonum et circa regimen
regni et civitatis curam pervigili
insudare quod leges et quae
statuta imponant civibus
ut diligenter ipse et per suos
consiliarios discuciant
que bona sint precipienda et
premianda et que mala sint
prohibenda et punienda et
que dissimulanda et permittenda

Philosophus 3° politicorum
inquirit utrum regi-
men aut civitatem
sit melius regi op-
timo rege aut op-
tima lege. Adducit
autem rationes duas quod
melius sit politiam regi
optima lege quam optimo
rege. Prima sumitur ex eo
quod rex debet esse quasi organum
et instrumentum legis. Secunda ex
eo quod facilius est corrumpi
regem quam legem. Prima ratio sic
patet. Nam ut dicitur in Ethicorum
princeps debet esse custos
iusti id est iuste legis. Est ergo
princeps sicut debite principes
quasi quoddam organum iuste
legis ut quod lex iuste sit fieri
precipit rex per civilem pote-
tiam observari facit. Quare
si quod est principalius et eli-
gibilius in regimine quam
organum et instrumentum regi
optima lege eligibilius est
quam regi optimo rege. hoc
est quod quod aut plures viri pol-
liticorum quod eligibilius est
principari legem quam homines scilicet
reges et principes. Consti-
tuendum est esse senatores le-
gis et ministros legum. Secunda
via ad investigandum hoc iam sumi-
mitur. ex eo quod facilius est [illegible]

regere quam legem. Illa rex tamquam sit
homo non dat tamen intellectum
sed dat intellectum cum concupiscentia
dato ergo quod rex non pervertatur
eo quod est intellectivus, perverti tamen
potest ex eo quod habet concupiscentiam
annexam. Deinde dicit ibi Etiam
quod aliquos optimos viros fu-
ror et concupiscentia tamen corrum-
pit et pervertit. Intendit enim quod op-
timus homo per concupiscentiam et
si non quantum ad esse optimum
quia non est ultimus optimus. Rex
itaque dicit intellectum cum concupiscen-
tia. Sed lex que est aliquid pertinens
ad rationes videtur dicere intellectum
solum. Deinde dicit ibi pollit quod
qui iubet principari intellectum
iubet principari deum et leges
sed qui iubet principari hominem
propter concupiscentiam annexam appo-
nit ut principet et bestiam. Hiis
ergo rationibus philosophus ostendit
melius regnum et civitatem
regi lege quam rege. Sed quod hic
non sit simpliciter faciendum ostendit
philosophus in eadem littera. Nam ut ait
lex velut dicit quod non est velut
oportet. Nam sicut leges
quandoque sunt exquisite in ali-
quo casu deficiunt, melius est
ergo regimen regi optimo
rege quam optima lege ut per
regem corrigi possint legales
defectus. Itaque ut appareat
littera clare viam quid sit eo
sticius est regem et quem

principem esse medium inter le-
gem naturalem et positivam.
Nam nunquam recte principatur
nisi agat ut recta ratio
dictat. Nam ut debet esse regula
humanorum operum. Quare
in nomine regis a regendo
sumptum est, decet regem
regere alios et esse regulam
aliorum. Sed regere in regendo
alios secundum rationem rectam
et per consequens secundum naturalem le-
gem que ex recta ratione
consurgit. Rex igitur in
regendo est infra naturalem
legem quia numquam recte regit
nisi quantum a lege naturali non
deviat. Est tamen supra legem
positivam quia illam sua au-
ctoritate constituit. Ita quod
sicut rex numquam recte re-
git nisi imitetur legi
naturali et agat ut recta ratio
dictat, sic lex positiva num-
quam recte ligat nisi innitatur
auctoritati regis aut alte-
rius principantis. Nam ius
positivum et legale ut supra
dicebatur ex principio nihil
differt sic vel aliter quando autem
ponitur per auctoritatem ponen-
tis differt. Quare lex positiva
est infra principantem, sic lex
naturalis est supra. Et si dicta
lex aliquam positivam esse supra
principantem hoc non est ut posi-
tiva sed ut in ea servat dicta

iuris naturalis Cum ergo queritur
utrum melius sit regimur aut
tenemur regi optimo rege et
optima lege Si loquamur
de lege naturali patet hanc princi
paliorem esse in rege quia
sit ipse rex eo quod nulla sit
recta rex nisi innititur illi
legi Propter quod hic dictum est quod
princeps plus modo pollitico
quam in recto regimine princi
pari non debet bestia quia dominatur
et infectus Nam tunc princi
patur bestia eo quod non
innititur regere alios ratione
sed passione et concupiscentia
in quibus communicamus cum bestiis
Sed non sic principatur deus et in
tellectus quia quamvis in regendo
alios non deviat a ratione
recta et a lege naturali quam
deus indidit intellectui
cuilibet Sed si loquimur de lege
positiva melius est regi
optimo rege quam et maxime
in casibus illis in quibus talis
lex deficit et dicitur univer
saliter observandum Tamen hic ergo
concludebat ratio in oppositum
facta quod melius est regi de
lege quam rege eo quod lex
particularia determinare non potest
Ideo expedit regere aut aliquem
principem per rationem rectam
aut per legem naturalem quam deus
impressit in mente cuiuslibet

hominis Dicitur lege positiva
et esse supra iusticiam lega
lem et non observare legem
ubi non est observanda Ex
hic autem patere potest quando se
veritas et clementia pre
stare cum iusticia Nam
humani actus propter particulares
circumstancias et propter eorum im
mutabilitates ut dicit philosophus
5° Ethicorum non possunt mensu
rari regula inflexibili
ut puta ferrea sed oportet ut
mensurentur regula plumbea
que sit applicabilis humanis
actibus. Oportet ergo aliquando legem
plicare ad partem unam et agere
cum delinquente cum lex di
ctat aliquem cum oporteret eam
plicare ad partem oppositam
et rigidius punire peccatum
quam lex determinet Nam parti
culares circumstantie quas leges
determinare non possunt aliquando
alleviant delictum et tunc
iuste et secundum rationem clementer
agitur cum delinquente aliquando
vero tales circumstantie aggravant
et tunc est rigidius intendendum
Rigor ergo et clementia licet
videantur esse preter iusticiam
legalem et positivam non
tamen sunt preter iusticiam simpliciter
si rationabiliter fiant exigen
tibus particularibus circumstantiis Unde
est signum quod in iudicando ali
qua dicendum est de equalitate

aliq(uid) de rigore aliq(uid) de cle-
mentia n(on) (est) cu(m) regula legis
maneret recta et equalis n(on)
plicata ad aliquam p(ar)tem in-
dicia mensurata s(ecundu)m talem re-
gulam dicunt equalitatem p(ro)-
cede(re) si n(on) exigentib(us) condicionib(us)
delinquentis legalis regula pli-
cetur ad partem misericordie
iudicium aut falsum diceretur
procede(re) de rigore n(on) de clementia
s(ed) si dicta r(egu)la plicetur ad
p(ar)tem oppositam fiet iudicium de
rigore sine severitate et
q(uia) h(ec) om(n)ia iuste et racional-
biliter fi(eri) possunt clementia
et severitas sic cu(m) iusticia
possunt consistere [et] cetera

Quoniam n(on) aliqui d(e)
suo ingenio p(re)su-
mentes dicebant the-
ologiam superfluere q(uia)
habemus p(hilosoph)icas
disciplinas in quib(us) tracta-
tur de om(n)i ente et superfluere
legem ewangelicam et divi-
nam q(uia) habemus legem
humanam et n(atur)alem q(ue) videt(ur)
om(n)ia vicia p(ro)hibe(re) et om(n)es
virtutes p(re)cipe(re) s(ed) q(uod) p(re)ter le-
gem n(atur)alem et humanam
expediens fuit dare legem
ewangelicam et divinam
t(ri)pliciter via p(ro)bare possumus
q(ue) a doctorib(us) traduntur
p(ri)ma sumitur ex parte puni-
tionis peccatorum 2a ex p(re)terv-
ientis ... 3a ex p(ar)te finis
sive ex p(ar)te finalis boni q(uo)d
intendimus adipisci p(ri)ma via
sic patet nam ut sup(ra) dicebat(ur)
lex humana n(on) om(n)ia peccata
punit q(uo)d dupliciter de causa
contingit p(ri)ma est q(uia) contin-
git ... n(on) p(otes)t attinge(re) peni-
tencialem formam vindicte n(on)
decet et oportet talia peccata
dissimulare et n(on) punire
lege humana ad h(oc) q(uod) pos-
sit durare p(ri)ncipat(us) in p(o)p(u)lo
n(on) enim est possibile aliquem
diuturne p(ri)ncipari si vellet
om(n)ia peccata punire et om(n)es
transgressores corrige(re) s(ecund)a r(aci)o q(uia)
si om(n)es transgressiones note
possent puniri a p(ri)ncipante
n(on) t(amen) est p(ossi)b(i)le sibi [illegible] om(n)ia
delicta puniri q(uia) n(on) om(n)ia
p(er)veniu(n)t ad noticiam p(ri)ncip(is)
ymo aliq(ua) sunt adeo occulta
ut interiores concupiscentie q(ue)
lege humana puniri non
p(ossu)nt oportuit ergo p(re)ter legem
h(um)anam dari aliquam legem
ut nullum malum remaneret
inpunitum et nullum bonum
irremuneratum ad h(oc) aut(em)
faciendu(m) n(on) sufficit lex
n(atur)alis ut in p(rese)nti ... p(ro)bat(ur)
oportuit ergo dare legem
ewangelicam et divinam 2a

quia phibet tm delicta in-
teriora sz exteriora tm tum transgres-
sores vel in hoc seculo vel
in alio puniuntur Ex hoc autem
apparet quod lex humana
phibet concupiscentiam et quod
non phibet sz phibet manum
et non animam dicebat enim supra
hoc declarandum esse Sciendum ergo quod
si consideretur intentio legislato-
ris lege humana omnia peccata
phibentur vel phiberi debent
non . n . fuit rectam intentionem
rex vel quilibet alius legislator
nisi intendat suos cives
facere sz virtuosos potest sed
tm ad perfectam virtutem nullus
inducatur nisi intendat omnia
peccata vitare . si consideretur
lex quantum ad intentionem le-
gislatoris phibet animum
et concupiscentiam immo vtpz
phylosophus 2o politicorum tm de-
putat quod servatem 2m hunc
modum magis phibetur con-
cupiscentia quam actus exteri-
or . eo quod actus exteriores tm
maxime inducunt nos ad
virtutem si sint boni et ad
vitium si sint mali tm prece-
dunt ex interiori appetitu Sz
si consideretur lex humana
non quantum ad intentionem
legislatoris sz quantum ad puni-
tionem sic de non phibet et
animum eo quod talia delicta
non puniat immo 2m hunc
modum non solum lex humana
non phibet interiores con-
cupiscentias sz etiam non phi-
bet omnia exteriora delicta
Nam legibus etiam humanis
aliquando dissimulantur minora
ut mala ut vitentur maiora
mala ut permittuntur forni-
cationes simplices et non pu-
niuntur humanis legibus ut
vitentur adulteria Secunda
via ostendens necessariam
esse legem evangelicam et
divinam sumitur ex parte certitudi-
ne et ex institutione iudi-
cij nam Nam de contingentibus
particularibus et de agibilibus hu-
manis quo sunt diversa iudi-
cia hominum et de eisdem apud
diversas gentes diverse sunt leges
2m enim iudicium quorundam
aliquid est iustum quod 2m iu-
dicium aliorum est iniustum
quare cum in humanis iudicijs
tanta possit dubietas et error
expediens fuit lex evange-
lica et divina circa quam er-
ror esse non valet Tertia via
sumitur ex parte finalis boni
quod intendimus adipisci nam
cum huiusmodi bonum sit supra facul-
tates nostras Lex naturalis
et humana iuvantes nos
ad consequendum illius boni quod
possimus naturaliter adipisci
non sufficiunt ad consequendum
bonum illud supernaturale ergo ne-
cessaria fuit lex evangeli-
ca et divina per quam ordinamur

ad illud bo[n]m. debet ergo reges
et principes quos oportet esse
quasi semideos et esse intel-
lectum sine concupiscentia et
esse formam vivendi et regulam
agibilium sic se habere ad legem
divinam naturalem et humanam
et sicut excedunt alios potentia
et dignitate sic eos superare
bonitate et virtute

Querit philosophus ii^o
politicorum cum dis-
putat contra ypodomum
utrum sit expediens
civitatibus innova-
re patrias leges
et inducere novas consuetudi-
nes. Ordinaverat enim ypo-
domus ut siquis reperiret quod
invenient aliquam legem
civitati proficuam honorem acci-
peret in civitate illa et quia ho-
mines communiter sunt honoris
cupidi inducebantur multi
ut invenientes consuetudines
novas dicentes eas esse
utiles et proficuas civitati
solverent leges patrias et an-
tiquas. Merito ergo dubitabatur
an positio ypodomi esset bo-
na et an expediat semper et fre-
quenter immutare leges. Da-
to etiam quod occurrant leges ali-
que que videantur esse magis pro-
ficue et meliores. Advertendum
ergo quod philosophus ii^o politicorum
quatuor vias per quas videtur
ostendi quod expediat innovare
leges. Prima sumitur ex parte scientiarum
et artium. Secunda ex parte pravitatis
legum quarundam. Tertia ex simpli-
citate condentium leges. Quarta
ex indeterminatione particularium
circumstantiarum. Prima via sic
patet nam in aliis scientiis sic vide-
mus quod si occurrat posterioribus quod
melius reprobanda sunt dicta
priorum puta in medicinali arte
innovata sunt multa priora eloquia
et in scientia gymnastica sive in
arte luctativa que docet
luctari ut innuit philosophus ii^o
politicorum. Multa que priores
scripta tradiderunt per posteriores
sunt immutata et innova-
ta. Quare sic erit et in
legibus quod si occurrant me-
liores leges quam sunt tradite
a prioribus patribus non sunt
observande leges patrie ob-
servande. Secunda via ad inve-
stigandum hoc id sumitur ex parte
pravitatis quarundam le-
gum. Nam quasdam leges pa-
trias ut philosophus innuit
contingit esse malas et bar-
baras sicut erat lex olim

apud grecos quod portantes ferrum et alia metalla emebant uxores ad invicem. Sicut enim barbarum erat statuere leges ut cives possent suas uxores vendere sic etiam contingit leges aliquas esse stultas ut puta legem illam quam ut recitat Philosophus quedam gens statuit videlicet quod si aliquis consanguineus mortui invaderet aliquem civem et ille presentibus aliis fugit ab eo reputabatur fugiens reus homicidii. Dicebat enim legislator quod non fugit nisi sentiret se culpabilem. Sed hoc fatuum fuit statuere quia sive aliquis sit culpabilis sive non tamen timere ac vulnerari naturale est ut fugiat persequentem. Ergo quia alique leges patrie sunt prave innovande sunt antique leges. Tertia via sumitur ex simplicitate condentium leges. Nam aliquando condentes leges contingit esse simplices et rudes. Ergo esset si posteriores sapientiores non possent immutare leges patrias propter simplices conditores. Ergo in talibus mutande essent eorum leges. Quarta via sumitur ex indeterminatione particularium actionum. Nam agibilia particularia indeterminata sunt et perfecte comprehendi non possunt. Quare quantumcumque conditores legum fuerint sapientes potuerunt eos latere aliqua particularia circumstantie circa agibilia hominum. Si ergo posteriores propter experientiam agibilium particularium cognoscant aliquid melius inconveniens non est removere leges patrias et antiquas propter meliores leges noviter inventas. Videntur itaque hee rationes probare quod quotienscumque occurrit quid melius sunt leges patrie immutande. Sed hoc simpliciter asserere est valde periculosum civitati et regno. Nam assuescere inducere novas leges ut innuit Philosophus Politicorum est assuescere non obedire legibus. Nam leges magnam efficaciam habent ex consuetudine. Et faciliter si quis facit contra aliquid quod est per diuturna tempora consuetum. Assuescere autem non obedire legibus est assuescere non obedire regibus et principibus et per consequens est tollere principatum et regimen. Quantum autem malum sequitur non obedire regibus et principibus ostendit Philosophus 2o Rethoricorum qui ait magis nocere assuescere non obedire principibus quam non obedire medicis. Nam medici intendunt bonum corporis. Volunt enim corpus inducere ad sanitatem. Sed inde legis-

veri legislatores et veri reges
principaliter intendunt bonum animae
~~principaliter intendunt~~ quia intendunt
cives inducere ad virtutem ut ex
apparet quod tenendum sit de conclusione
ista scilicet quod lex positiva si re-
recta sit oportet quod imitatur legem
naturalem et determinet gesta parti-
cularia hominum Duplex autem
ergo invenitur lex positiva deffectiva
primo si sit contraria naturali legi secundo
si non sufficienter determinet
particularia gesta Si primo modo
deficiant leges pravae
et positivae non sunt le-
ges sed corruptiones legum
propter quod consuevi non debet
sed corruptiones legum propter quod ad
conservari non debent Nam
leges positivae licet sint ad-
ditae naturalibus legibus non tamen
sunt contrariae illis nisi vellemus
appellare contrarium iuri natura-
li quod non est a natura inductum
sed est ei additum et appositum
et partem hominum adinven-
tum secundum quem modum loquendi
homo est nudus naturaliter et vesti-
mentum est contra naturam natura
esse vestitum videtur contrariari ei
quod est esse nudum secundum hunc modum
loquendi loquuntur iuriste ut
patet ex instituta de iure naturali
ubi dicitur quod leges nuptiales sunt
contrariae iuri humano quia
iure naturali ab initio omnes ho-
mines liberi nascebantur

servitus ergo est contra naturam
inquantum natura non induxit
servitutem sed ad utilitatem
hominum per leges positivas
potest appellari aliquid esse
contra naturam et vindi-
ter loqui Nam illud proprie
est contra naturam cuius contrarium
dictat ratio naturalis et quia
propter utilitatem communem et propter
hunc bonum hominum est ser-
vitus introducta ut supra
in secundo libro ostendimus ubi
quosdam servire aliis et obe-
dire licet sit iuri naturali
additum et appositum
sicut vestimentum est addi-
tum corpori nudo quod est
natura productum non tamen est con-
tra ius naturale quia huic naturalis
ratio non contradicit Leges
ergo deffitientes quia sunt
pravae et contra ius naturale cuius-
modi erat lex illa quod cives
suas uxores vendere possent
vel quaedam aliae leges
sunt pravae et iniustae non
sunt observandae sed corrumpendae
Si vero leges defectivae sunt
quia non complete determinant
particularia agibilia dato quod
reperiantur leges meliores
et magis sufficientes non
est assuescendum innovare
leges Primo quia aliquid coniectet

tera talia decipi. Quia credunt
meliores quam sint peiores
et credunt eum magis sufficien-
tes quam sint. Dico tamen quod si
in aliquo sufficientiores
essent leges nouiter adin-
uente, sunt tamen leges anti-
que et patrie obseruande,
quia quantum ex una parte pro-
ficit dando sufficientiorem
legem, tanto ex alia parte no-
cet tollendo consuetudinem
et diuturnitatem temporis
per quam habent efficaciam magnam.
Non est ergo simile de artibus
et de legibus, quia artes et
scientie totam efficaciam habent
ex ratione, sed leges non
sic, immo magnam efficaciam
habent ex diuturnitate et ex
assuefactione. Debent ergo reges
et principes obseruare bo-
nas consuetudines princi-
patus et regni et non inno-
uare leges patrias nisi
sicut recte rationi conuenit.

Circa regimen regni
et ciuitatis ut superius
dicebatur erant quatuor
pertractanda, videlicet
qualis debeat esse rex siue princeps,
quales consiliarii, quales
iudices et qualis populus. Expe-
ditis ergo tribus restat dicere de
quarto, scilicet de populo, videlicet ad subditos
qualiter debeat esse populus et quo-
modo debeat se habere ad principem. Nimo
dictum adminiculetur scire quid
sit ciuitas et quid regnum intén-
dimus hic tale declarare et dif-
finire quid sit ciuitas atque regnum.
Dicendum ergo quod sit ciuitas et licet
ciuitas sit aliquid quod naturale
eo quod naturale homines impetum
ad ciuitatem constituendam, tamen
non efficitur nec perficitur ciui-
tas nisi ex opere et industria
hominum. Quia autem ex arte humana
efficitur, potissime diffinitur
et cognoscitur ex fine et bono
ad quod ordinatur, et potissime
scimus quid sit domus et qualis
debeat esse domus si scimus ipsam
esse factam propter hoc bonum ut de-
fendat nos a pluuiis et cau-
matibus. Quare si scire volumus
quid sit ciuitas, cognoscenda sunt bo-
na illa ad que deseruit consti-
tutio ciuitatis. Et aduertendum est
quod bona propter que illa sit ponit
Narrat quidem Philosophus 3o Pol-
liticorum, volens diffinire quid sit
ciuitas, sex bona ad que ciui-
tas ordinatur. Est enim ciuitas
constituta primo propter cohabitationem
loci ut homines simul cohabitent

casurgit cum ex hoc quod
iocunditas et delectacio na-
turalis homini sit socio io-
cunda est possessio. Si quidem
cum magna multitudine auri et
argenti pollent et omnibus
victualibus habundet et tamen
non conveniunt in societate ut a-
liis sua magnificenciam perpe-
deret et ut eis sua bona co-
municare possit non multum
reputaret illa felicitatem esse. Ergo
civitas ut homines simul in uno
loco convenientes iocunde et de-
lectabiliter conversentur. Secundo est
civitas constituta non solum
propter iocunditatem et delectabilitatem con-
versandi sed eciam propter ipsum vi-
vere nam homines in eadem
civitate commorantes deser-
viunt sibi ad vitam et unus
alteri subvenit in hiis que
sunt necessaria vite quod sic esse non
posset si homines solitarie mo-
rarentur. Tercio facta fuit civi-
tas contra impugnatores gratia et propter
non iniustam pati nam quia
homo unus solitariam vitam
ducens non est sufficiens
resistere impugnatoribus et
vitare iniurias et inu-
sticias. Quarto facta constituta
fuit civitas ut homo qui soli-
tarius se non posset tueri
ab hostibus existens multitudine me-
diante tute absque formidine
vivet. Quinto fuit civitas
ordinata propter commutaciones et
contractus. Dicebatur enim superi-
us de legibus tractabamus quod
facte sunt commutaciones et contractus
cat servus ossem et civat
propter humanum genus quia enim nul-
lus est qui omnia sufficienter ad vitam
in civitate ea quibus habundet
in illa aliquibus deficiat. Ideo necesse
fuit emptores venditores commu-
tatores et contractus. Quia omnia quia
facilius fuit hominibus simul convi-
ventibus constituta fuit civitas
ut homines simul conveniunt. Certum
bonum ad quod civitas
ordinatur est commutacio co-
nubiorum nam homines simul convi-
ventes ad invicem amicicias
contrahunt ut firmius se dili-
gant vel aliquod aliud bonum
quod videt inde consurgere
et fiunt ad invicem affines.
Sextum bonum propter quod
est civitas est constitu-
ta est vivere vel eligibiliter

et virtuose nam magis
possunt puniri delinquentes
et malefici si homines simul
conveniant in civitate quam
si morarentur dispersim
et vitam solitariam ducerent
unde est ergo quod timore pene
multi desinunt male facere
et assuescunt ad operationes bonas
quas faciendo disponuntur
ut fiant boni et virtuosi
cum ergo virtutes et opera virtuo-
sa sint maxima bonorum
licet propter omnia predicta bona sit
aliqualiter civitas constituta
potissime tamen constituta est
propter vivere eligibile et vir-
tuosum quare si a maio-
ri fine et a maiori bono
quod intenditur iure accipi-
enda est eius notitia bene
dictum est quod dicitur iii° politicorum
quod civitas loci communicatio
connubiorum congregationibus
gratia communicatio rerum
et tamen talia sunt ea sine
quibus non potest esse civitas
principaliter tamen est civitas con-
stituta propter bonum et virtuose
et feliciter vivere. Si ergo
[illegible] quid sit civitas dici debet
quod est congregatio civium propter
bene et virtuose vivere et
propter perfectam et per se sufficien-
tem vitam. Viso quid est
civitas de levi videri potest
quid est regnum. nam re-
gnum super civitatem videtur
addere multitudinem nobilium
et ingeniorum. Est enim civi-
tas pars regni et in regno
est maior multitudo et sunt
plures nobiles et inge-
nui quam in civitate una. possumus
ergo sic diffinire regnum
quod est multitudo magna in
qua sunt multi nobiles
et ingenui viventes secundum
virtutem ordinati sub uno
viro optimo ut sub rege
vivere enim secundum virtutem est
finis principaliter intentus in quo-
libet cive in quolibet civitate
et in toto regno. Nam secundum
philosophum iii° politicorum idem
est finis unius civis et to-
tius civitatis sive ut dicere
possumus quod idem est unius
civitatis et totius regni
Debet enim rex si sit verus
et rectus dominus intendere
in uno cive et in tota
civitate et toto regno. Nam
cura pervigili studere debet
ut quilibet civis virtuose
se habeat ut tota civi-
tas virtuosa existat et ut
totum regnum bene et vir-
tuose vivat. sed si quilibet
civis debet se virtuose
habere quia secundum philosophum in po-
liticis secundum quod aliquis dece-
dit alios in potentia et dignitate

sic debent nobiles et ingenuos
esse magis bonos et virtuosos
quam cives alios. Propter quod
regem ipsum tamquam omnibus
excellentiorem debet esse op-
timum et quasi semideum.
Sic ergo quod regnum dicitur esse
multitudo in qua sunt
multi nobiles et ingenui
vel quodcumque se habentes
secundum virentes secundum virtutem
et ordinati sub uno viro
optimo ut sub rege. Dicto
quid est civitas et quid re-
gnum de levi patere potest
qualis debeat esse populus
civium in regno et civi-
tate. Nam si civitas et re-
gnum principaliter ordinantur
ad vitam bonam et virtuosam
habitatores regni et po-
pulum existentem in civitate
et regno oportet esse tales
quod vivant bene et virtuose.
Unde est ergo quod ait philosophus
tertio politicorum quod magis
est civis abundans
in bonis operibus et virtuosis
quam si abundaret in divi-
tiis vel in nobilitate generis
vel in aliis exterioribus bonis.
Credunt ergo multi esse cives
et esse de regno si in re-
gno habeant domos mul-
tas possessiones magnas
sed magis sunt de regno abun-
dantes in operibus virtuosis et
observantes leges rectas et
statuta regni quam haben-
tes nobilitatem generis similem
potentiam et multitudinem
exteriorum bonorum.

Quarto politicorum
ait philosophus quod tres oportet
esse partes civitatis.
Nam hii quidem sunt opu-
lenti valde. hii autem
egeni valde. hii vero tertii
sunt horum medii. Hoc ergo
modo quo divisa est civitas
in tres partes dividi potest
quilibet populus et quodlibet re-
gnum. Intentio autem huius
capituli est ostendere optimam
esse civitatem et regnum si
ibi sit populus ex multis personis
mediis constitutus. Et dicit
ait philosophus quarto politicorum quod qua-
tuor rationibus sumi possunt qua-
tuor vie ostendentes me-
liorem esse pollitiam et melius
esse regnum et civitatem si
ibi sit populus abundans
in multitudine mediarum
personarum. Prima sumitur
ex eo quod tales plus magis
nobiliter vivunt. Secunda ex eo

q̄ inť ipos esse ħʒ maior di-
lectō 3ª q̄ ibi est maior
equalitas. Qūrta q̄ ibi ē
minor invidia et minor
contemptus Prima via sic
patet Nā si in ṗplo sit mlti
valde divites et mlti valde
paupes. Pauce psone me-
die vix aut nunq̄ racio-
nabiliter vivet. Nā mltū
divites et mltū pauperes
nesciunt racionabilr se habē
ħʒ mobita occasione supta
eis manifeste nocent. Sic
etiā mltū pauperes et nimi-
um divites nesciunt se racio-
nabilr regere. Insidiant
eni eis quō possint astute
et latenter eoꝝ depdari bo-
na. ħʒ si in ṗplo sint multe
psone medie cessabunt
multa nocumēta et de fa-
cili racōni obediunt hoc
est q̄d dr iiiiᵒ politicoꝝ. Et
quiaʒ mediocre est optimū
et optima est possessio me-
dia et facilime racōni obe-
dit Naʒ si una ps civitat
sit semp ingenua et semp
potens et semp dives.
Alia vō huic ↄtraria sit
pp egena pp debilis et valde
vilis difficile est racionem
sequi. Naʒ hij q̄ excellūt
pp potentes fiunt nequā
valde astute et latenter
insidiantes divitibus Scđa
via sumit̃ ex mutuo amo-
re qui debʒ esse inť exist-
tes in eodē regno vel inť
commorantes in eadē civita-
te. Nam ut dr iiijᵒ Eticoꝝ
Isti vitʒ paupes minime
amant principes et poten-
tes et divites Sec aut ut
ibi subditur sunt valde noci-
va civitati ut ergo sit mu-
tuus amor int̃ cives bōm
est ṗplm abundare in psonis
medijs. Tercia via sumitur
ex equalitate et iusticia q̄
est fouenda in civitate Nā
ut ait pħus Excedentes et
infortunijs potentes divicijs
et amicis. et in alijs huiusmōi
bonis nesciunt subici. q̄ at
ↄ̄m excessū sunt indigentes
et paupes nesciunt princi-
pari. Quare si ṗplus
sit solū ex duabꝫ partibꝫ
constitutoꝝ ex nimiū divi-
tibꝫ et nimiū pauperibꝫ
et pauce aut nulle sint
ibi psone medie de facili
resurgabit inequalitas et
iniusticia. ħʒ divites perire
vellent principari et subpe-
ditare alios Alij vero
contra vindictas dissensioꝝ
faciunt et si contingat pau-
peres obtinē q̄ principati
noverint male tractabūt
divites et potentes Quar-
ta via sumitur ut vitet

invidia et contemptus ut dicitur iiii° politicorum. Maxime invident divitibus et divites maxime contempnunt eos. Nulla societas est bene durabilis ubi est multa invidia et contemptus quare si optimus est populus qui multis personis mediis constitutus quia tunc delectabili rationabili vivens ad invicem se diligent reservabitur inter ipsos equalitas et iusticia. Non erit inter illos contemptus et invidia. Non enim habebit unus unde alium contempnat nec unde ei invideat videns se ei quasi equalem consistere et non esse magnum excessum inter ipsos. Hinc autem veritati attestatur quod Salomon Ela-verdus(?) et Elinarchus(?) tradiderunt de politicis dixerunt enim eas constituendas esse ex personis mediis. Debent ergo reges et principes adhibere cautelas ut in suo regno abundent persone medie ut ne aliqui ad nimiam paupertatem devenientes efficiantur reliqui nimis divites. Quod fieri poterit si non per quamcumque causam liceat civibus patrias possessiones vendere nec permutabilibus(?) liceat indifferenter liceat quaslibet possessiones emere adhibita enim debita diligencia circa emptores agrorum et terrarum poterit aliqualis equalitas reservari inter cives.

Consequenter autem probandum(?) quantum ad prius spectat via si cives magna diligencia obediant regibus et principibus et observent leges regias. Ex his triplici via venari possumus quantum sit utile et expediens populo obedire regibus et observare leges. Primo nam ex hoc consequitur populus virtutes et maxima bona. 2° quia ex hoc oritur salus regni et civitatis. 3° ex hoc oritur pax et tranquillitas civium et abundantia exteriorum rerum. Prima via sic patet. Nam ut dicebatur in precedentibus intentio legislatoris est inducere cives ad virtutem. In recta enim pollitia ut vult Philosophus circa principium quarti polliticorum eadem est virtus boni civis et boni hominis et per illud sine processu mores est aliquis bonus civis et bonus homo si bene obediat principanti et eius tenetur est leges servare que si principans recta regula regat populum sibi commissum quia intencio eius est inducere alios ad virtutem

cum virtus faciat habentem eum
bonum et opus bonum oportet
in recto regimine quod eorum
civis sit bonus homo
et qui bene subicitur regi
est bonus vir si enim rex
non intenderet quod sibi subiecti
essent boni et virtuosi iam
non esset rex sed tirannus Er
go quilibet civis debet inten
dere ut sit bonus et virtuosus
eo quod virtutes sunt maxima
bona tum summa diligentia
debet studere ut regi obediat
et ne prevaricetur leges et pre
cepta eius omnibus enim tam
nobilibus quam ignobilibus
necessaria est obedientia
regia et observancia legum
ymo tanto magis est hec expe
diens nobilibus quam ignobili
bus quanto decentius est
eos bonos et virtuosos Secunda
via ad investigandum hoc idem
sumitur ex eo quod ex obedien
tia regis et ex observacione
legum oritur salus regis
et civitatis Nam ut dicitur primo
Rethorice In legibus est sa
lus civitatis Cum aliqui
quod observare legem et obedi
re regi sit quedam servitus sed
3o politicorum quanto politicorum
non est servitus sed libertas
Ignorant nam quid est libertas
dicentes observare leges
et obedire regibus esse
servitutem tum enim bestie sit
hec similis quanto quid ma
gis attendit ad naturam bestialem

tanto est magis habilis servus
Esse quasi sceleratum affectato
rem belli turbatorem pacis
velle vivere sine freno et
sine rege et in suam 1o politicorum
et secundum dictum homeri est
esse magis bestiam quam hominem
Quare non observantes le
ges nolentes obedire legi
bus et superioribus suis ma
gis bestie quam homines et per
quas sunt magis servi quam
liberi si non obediant regibus
et non observent leges Quan
ta autem salus consurgat in
regno ex obedientia regis
sufficienter ostenditur si con
siderentur verba philosophi primo pol
liticorum qui comparat regem
ad regnum sicut animam ad corpus
nam sicut anima corpus regit et
gubernat sic rex regit et gu
bernat regnum et sicut anima
est salus et vita corporis
sic rex si recte principetur
est salus et vita regni quare
sicut pessimum est corpori
delinquere animam et non
regi per eam sic pessimum
est regno deserere leges
regias et precepta regalia
et non regi per regem
Tercia via ad investigandum
hoc idem sumitur ex eo quod ex
obedientia regia et ex ob
servacione legum oritur pax
et tranquillitas civium
et abundancia exteriorum rerum

Ita ut sic dicebat leges et
et legislatores ut reges et
principes coactiuam habent po
tenciam ut qui ad honesti per
increpaciones paternas et
amicorum non retrahit ab ope
ribus scelestis saltem timore
pene retrahatur ab illis.
Expediens enim fuit regnorum
ciuitatum habere aliquem regem uel
aliquem principem ne malefi
ci turbarent pacem ciuium
intendit enim sicut quilibet legis
lator ut corda ciuium
sint tranquilla et ut ciues
viuant pacifice et unani
mes. Unde est quod philosophus po
Rethoricorum vult velle. Sic se
habent legislatores ad animas
sicut medici ad corpora
Nam sicut medicus inten
dit sedare humores ne
insurgat morbus et bellum
in corpore. Sic legislator
intendit placare corda se
dare animas ne insur
gat rixa et dissensio in re
gno aut in ciuitate. Unde
est ergo quod dicit philosophus primo Rethoricorum
non tamen decet peccare contra
precepta medici quando as
cipere non obedire principi
Est enim anima melius bonum
quam corpus et pax ciui
um et eorum que sunt in regno
potior est quam equalitas
humorum vel quam sanitas
corporis. Summo ergo opere debet
populus et omnes habitatores

regni ita obedientiam regi-
am et observationem legum ut
ex hoc consurgat tam bona
quanta est pax et tranquillitas
existentium in regno. Consur-
git etiam ex hoc abundantia
exteriorum rerum. Nam existente
guerra in regno remanent
terre inculte fiunt depredationes
oriuntur sterilitates. Deducuntur
habitatores regni ad inopiam
si ergo consideretur quantum bonum
advenit regno ex rege. Ideo
regibus recte regentibus si etiam
dato quod in aliquo tyrannizaret
studere populus obedire illis. Nam
magis est tollerabilis aliquis
tyrannides principantis quam sit
malum quod consurgit ex inobedi-
entia principis et ex preuarica
tione mandatorum eius

Postquam docuimus
populum et habitatores
regni ut obediant
regibus et conseruent
eorum leges volumus
in hoc tale declarare
quare se habere debeant existentes
in regno ne reges prouocen
tur ad iracundiam. Contra quos
Ira autem secundum philosophum secundo
Rethoricorum est tristicia
proveniens ex appetitu appa
rentis punitionis propter
apparentem paruipensionem

cor q in ipm aut in ipsis
aut in aliqua re sua contin
intent iniurie n est ira sine
aliquali tristitia appetit enim
iratus apparent manifeste
punire eos qui parvipendunt
ipm nec aliqua q sunt ipius
nec ea q aliquo ordinatur
ad ipm Cum ergo quis aliquo
predictor modorum manifeste
fore facit in alium ille tristat
ex appetitu punitionis excitatur
irasci timens itaque ut non pro
voc̄entur reges ad iram non
debz fore facere et nec in re
gem nec in ea q sunt ipius
nec in illa que aliquo mo
ordinatur ad ipm Primo ergo
expedit eis qui sunt in regno
ut non incitant regiam iram
non forefacere in ipm regem
Regi enim duo debentur ho
nor et obediencia Est enim
rex capud regni capud aute
in alia membra dupliciter
comparatur primo quia est
altius et excellentius illis
secundo vero quia ea dirigit in ac
tiones suas in capite enim
viget sensus et ymaginatio et
quam dignum in operationes
suas sic rex excellencior est
omnibus illis qui sunt in re
gno Rursus quia eius est
leges ferre et quia in rege
maxime debet vigere sensus
et prudentia ad ipm maxi
me spectat ipse et per alios
dirigere eos qui sunt in rege
ratione ergo qua rex est excel
lentior aliis ei debetur ho
nor et reverentia Ratione
vero qua ipius est dirigere
alios debetur ei subiectio et
obediencia Qualiter dupli
citer possunt fore ferri in regem
ab hiis qui sunt in regno
primo si non ei exhibeant ho
norem debitum et reverentiam
dignam secundo si non sint ei
subiecti et obedientes obser
vantes eius leges et mandata
cum enim hec duo honor videlicet
et obediencia sibi subtra
huntur a rege multum provocatur
ad iram Unde dicitur in rhetoricorum
quod irascimur hiis qui co
nsueverunt vel tenentur nos
honorare si non se ita se habe
ant et est ratio quia sic se ha
bentes videntur nos despi
cere Itaque si nos non despicerent
impenderent nobis honorem
dignum sicut etiam ibidem dicitur
quod ad minores irascimur scilicet
si non se habeant ut debent
vel si faciant contraria eorum
que debent quod maxime con
tingit si transgrediuntur mandata
superiorum et non obediunt regi
quasi precellunt Viso ergo
habitatores regni non debent
provocare regem ad iram forefa
ciendo in ipm non exhibendo
ei debitum honorem et obe
dientiam dignam Restat vide
quid non debent ipm ad iram
provocare forefaciendo in eo

que sunt eius et que pertinent
ad ipsum. Ad regem enim pertinere
videntur quatuor genera per-
sonarum videlicet parentes et
universaliter omnes cognati uxor
filii et subditi. Spectat itaque
ad habitatores regni si no-
lunt regem ad iram provocare
non solum non forefacere in ipsum
regem sed etiam non forefacere
in cognatos uxorem filios
et universaliter in omnes subiectos re-
gi et quia omnes qui sunt in re-
gno ipsi regi sunt subditi fo-
refacit in regem quotienscumque
quis alicui existenti in regno
efficit iniuriam aliquam. Hoc
est ergo quod dicitur 2° Rethoricorum capitulo
de ira quod irascimur forefacien-
tibus in parentes filios uxo-
res et subiectos. Et quod sit
turpe ipsis non auxiliari.
Tertio spectat ad habitatores
regni non forefacere in ea
que aliquo modo ordinantur
ad regem. Huiusmodi autem
sunt possessiones regie et debita
iura regni. Provocatur enim
rex ad iram contra usurpan-
tes iura regni quia in hoc
videtur ipsum contempnere
et parvipendere si iniuste et
absque iussione regia ma-
num apponunt in ea que ad
regem [illegible] spectant.
Decet ergo omnes cives et ulterius
omnes habitatores regni ab
ipsa infantia provocare fi-
lios ad dilationem regibus et in-

instruere eos quod debeant
honorare regem obedire
ei non forefacere in cognatos
eius nec in filios nec in
aliquas personas ei subiectas
nec in aliqua iura regni.
Pessimum quidem enim ut dicitur 7° Pol-
liticorum non instruere pueros
ad virtutes et ad obedientiam
legum utilium et ad observandum
ea que requirit pollicia vel
regimen regni in quo exi-
stit semper enim amanda sunt
magis et illud ad quod primo
instruuntur iuvenes sunt
magis ad observandum proni

Quoniam in primo libro
promisimus nos
dicere quod reges et princi-
pes debeant se habere
ut amentur a populo
et quod ut timeantur
volumus hic exequi quali-
ter qualiter vel quomodo
hoc fieri contingat. Sciendum
itaque quod ut reges et prin-
cipes communiter amentur a
populo tria potissime in
se habere debent. Primo quidem
esse debent benefici et libe-
rales. 2° fortes et magni-

3o equales et iusti Primum
autem sic patet nam volgus
quasi non percipit nisi sensi
bilia bona Dicto beneficos et
liberales et nummismata
et in ea quod plus nummismata
incommensurabili amat et vene
tur. Dicitur de ijo Rethoricorum talis
de amore quod populus amat
et honorat beneficos in pe
cuniis et liberales Secundo ut
reges amentur a populo
debent esse fortes et magna
nimi exponentes se si opor
teat et personas pro bono communi
et defensione regni Nam
populus valde diligit fortes
et magnanimos exponentes
se pro bonis Credit enim per illos
salutem consequi Dicitur in ij
o Rethoricorum quod diligimus bene
factores in salutem id est eos
qui possunt nobis benefacere
nos saluando et liberando Ideo
diligimus fortes et cordatos
Tertio ut reges diligantur
a populo decet eos esse iustos
et equales Nam maxime pro
uocatur populus ad odium re
gis si viderit ipsum non
observare iusticiam Dicitur de
ijo Rethoricorum quod iustos
maxime diligimus Viso
quid reges et principes de
beant se habere ut amentur
a populo videre restat quomodo se
habere debent ut timeantur
ab eis Potissime autem time
tur potentibus ut ex ijo
Rethoricorum propter punitiones

quas exercent in subditos
in punitionem autem tria sunt
consideranda videlicet punitorem
illam personam punitam et
modum puniendi Quantum
ergo ad punitorem timebuntur
reges et principes si in
eos qui vitia mouent re
gnum et policiam perturbant
inexquisitas crudelitates
exercent Dicitur de ijo Rethoricorum
quod homines timent eos de quibus
sunt conscii fecisse aliquod
dirum Secundo timentur re
ges et principes non solum
ratione punitionis dicte sed
etiam ratione personarum puni
tarum Nam iustus pro iusticia
nulli parcere debet Dicitur de
viijo politicorum quod bene operans
nulli parcit quia nec patri
nec filio nec amico
nec pro aliquo dimit
tendum est operari iuste et bene
Tunc itaque ratione personarum
punitarum timentur reges
et principes quando nec ami
cis nec aliis parcunt si vi
derint eos forefacere Timet
enim tunc quilibet ex populo fo
refacere cogitans se non
posse punitorem effugere
immo ut dicit philosophus in pol
liticis Decet reges et prin
cipes ut timeantur magis
et ut vilius observent
iusticiam et magis puni
rent severius se gerere
contra amicos si contin
gat eos velle forefacere

qȝ contra alios Tertio timent reges et principes videre modicum periculum quod fieri contingit vel alios eorum iudices et prepositi latentes et caute se gerunt in punitionibus exequendis et in iustitia facienda qui mali effugere id quod qui puniantur Declaratur 3° rethoricorum quod latitum latiti in magis timent quam manifesti Viso quid reges et principes se habere debent ut amentur et quid ut timeantur de leui patere potest quod licet utrumque sit necessarium debet tamen amari magis appetere quam timeri Declaratum enim supra quod principalis intencio regis et cuiuslibet principis esse debet inducere alios ad virtutem omne quod bene agere propter quod timentes sunt magis boni et virtuosi debet esse magis intentum a legislatore tum quod sic timentes et assentientes in virtuosis bene agant et observent leges et mandata regis ex amore honesti et dilectionis quam habent ad bonum commune et ad regem sunt magis boni et virtuosi quam si hoc facerent timore pene et ne punirentur magis debent appetere reges et principes amari a populis et quod amore boni populi bene agant quam timeri ab eis ex timore pene tamen sibi ab actibus malis retrahendum est necessarius timor et

amari nec non omnes sunt adeo boni et perfecti quod solo timore honesti et boni quiescant male agere Oportuit quod aliquos inducere ad bonum et retrahere a malo timore pene eligibilius tamen est amari quam timeri ut est prehabita manifestum

Cuius est militia et ad quid est instituta et quod omnis bellica operacio sub militia continetur

Que sunt ille regiones in quibus meliores sunt bellatores et ex quibus artibus sunt homines bellicosi sunt eligendi

In qua etate assumendi sunt iuvenes ad opera bellica et ex quibus signis coniecturari possunt homines bellicosi

Que notabilia que homines bellicosi habere debent ut bene pugnent et ut eos strenue bellare contingat

Cuius sunt meliores bellatores an urbani et nobiles vel agricole et rurales

Quod in opere bellico multum valet exercitatio armorum et quod ad incedendum gradatim et passim ad cursum et ad saltum exercitandi sunt

Quod non sufficit ad incedendum
serio et gladiatim et ad cursum
et ad saltum exercitare bellantes
sed sunt plura alia ad que
sunt exercitandi homines bellicosi

Quod utile est in exercitu facere
fossas et construere castra et
qualiter castra sunt construenda
et que sunt attendenda in constru-
ctione castrorum

Que et quot sunt consideranda
in bello si debent publica bel-
la committi

Quod utile est in bello facere ve-
xilla et constituere duces et pre-
positos et quales esse debeant qui
vexilla in exercitu portant et qui
equitibus et peditibus preponuntur

Quibus cautelis debent uti duces
belli ne suus exercitus ledatur in
via

Qualiter ordinande sunt acies si
debeant contra hostes vel contra
adversarios dimicare

Quod cavendi sunt in bello ob-
venientes casus et quod eligi-
bilius est percutere punctim

Que et quot sunt illa que hostes
potentiores reddunt et quomodo
et qualiter debent hostes
invadere

Quod homines bellatores stare
debeant si velint hostes percu-
tere et quid debent eos facere
et quid debeant declinare a pu-
gna sicut quod non sit bonum pugnare

committere

Quot sunt genera bellorum et quot
modis debent vincere sunt
munitiones et urbani-
tates et quo tempore melius
est obsidere civitates et castra

Quod debent facere munire obsi-
dentes et quomodo per cuniculos
impugnari possunt munici-
ones obsesse

Que et que sunt genera machi-
narum eicientium lapides
per que impugnari valent
municiones obsesse et de-
vinci possunt civitates et
castra

Quod per edifficia lignea
impulsa ad muros civitatis
vel castra impugnari possunt
municiones obsesse

Qualiter edificanda sunt castra et
civitates ne per pugnam
ab obsidentibus facile devincantur

Quod muniende sunt civitates
et castra et universaliter omnes
municiones ut ab obsidentibus
difficilius capiantur

Quod muniende sunt civitates

Quod resistendum est impugna-
tioni facte per cuniculos et qualiter
machinis lapidariis et
aliis edificiis obsessi debent
obviare

Qualiter offendendi est navibus
et qualiter committendum est navale
bellum et quod hec bella singula
ordinantur



[T]ractatis duabus
partibus huius
libri tertii in quarum ostensum est quid
senserunt anti-
qui philosophi de regi-
mine civitatis
et regni et de-
terminatum est
qualiter regenda sit civitas
atque regnum tempore pacis
Restat tractare de opere belli-
co ut sciant reges et prin-
cipes qualiter committenda
sint bella. Nam ut plurimum
bellorum industria ut patet per
Vegetium in libro de re mi-
litari plus confert ad obti-
nendam victoriam quam faciat
multitudo vel etiam fortitudo
bellantium. Opus autem bellicum
ut patebit in prosequendo con-
tinetur sub militari. Quare si
de opere bellico tractare vo-
lumus videndum est quid sit
militia et ad quid sit institu-
ta. Dicendum ergo militiam esse
quandam prudentiam sive quan-
dam speciem prudentie. Possu-
mus autem quantum ad presens spe-
ctat distinguere quinque species pru-
dentie, videlicet prudentiam singula-
rem, iconomicam, regnativam,
politicam sive civilem et
militarem. Dicitur enim ali-

quis habere singularem prudentiam
vel propriam per quam se ipsum scit re-
gere et gubernare et hec est minor
prudentia quam iconomica et
regnativa. Nam minus est scire
regere se ipsum quam scire regere
familiam vel civitatem aut
regnum. Secunda species pru-
dentie dicitur esse iconomi-
ca. Nam prudens dicitur aliquis
dicitur ut 6to Ethicorum
quia bene consiliari et bene regere
et dirigere ad bonum finem.
Ubi ergo reperitur alia et alia
ratio boni ibi reperitur alia et alia
species prudentie. Quare cum bonum
domesticum et bonum totius fami-
lie sit aliud a bono alicuius
singularis persone sicut bonum
commune est aliud a bono alicuius
singulari, iconomicam sive pruden-
tiam per quam scit quis regere
domum et familiam oportet esse
aliam a prudentia per quam
quis novit se ipsum regere.
Tertia species prudentie dicitur esse
regnativa vel legum positiva.
Nam sicut aliqua persona singularis
est pars domus ita domus est
pars civitatis et regni et sicut
bonum domesticum est aliud
a bono alicuius singularis persone
sic bonum civile et regni est
aliud a bono domestico. Pru-
dentia ergo regnativa et legum
positiva idest prudentia que requiritur
in rege et principante cuius
est leges ferre et regere regnum
et civitatem est alia a
prudentia iconomica que

requiritur in patrefamilias cuius
est gubernare domum. ymmo
quanto bonum civitatis regni ex-
cedit bonum domesticum et bo-
num alicuius particularis persone tan-
to prudentia que requiritur in
rege debet excedere prudentiam fa-
milias vel prudentiam alicuius
particularis hominis. propter quod bene dic-
tum est quod ait Vegetius in
suo libro de re militari quod
neminem magis decet scire vel
meliora vel plura quam princi-
pem cuius doctrina omnibus
subiectis potest prodesse. Unde est
quod nos in erudiendo reges
et principes hunc totalem
librum divisimus in tres libros
quia in primo libro docuimus
regem esse prudentem prout rex
aut princeps est quedam perso-
na singularis et prout habet regere
se ipsum. in 2o docuimus ipsum
ut est paterfamilias et ut
habet dispensare bona do-
mestica. in tercio vero erudivimus
regem aut principem ut est
caput regni vel princi-
patus et ut habet leges ferre
et gubernare cives. Omnes autem
has tres prudentias decet ha-
bere regem videlicet particularem
yconomicam et regnativam.
Quarta species prudencie di-
citur esse politica sive civilis
Nam sicut in principante
requiritur excellens prudentia
qua sciat alios dirigere sic
in quolibet cive requiritur

prudencia aliqualis qua possit
adimplere leges et manda-
ta principantis. Non enim
sic cives principi aut
regi obedire sicut mar-
tellus fabro quia in mar-
tello nulla est cognicio
sed solum agitatur a fabro
sed in cive requiritur pruden-
cia per quam habeat opus
de hiis que imperantur a re-
ge. Differt autem hec prudencia
a prudencia particulari quam
consideramus in persona re-
gis. Nam aliud est quod rex sciat
se regere ut est aliquid in
se et aliud ut est subiectus
principanti. Nam et si quis
solitariam vitam duceret
adhuc oporteret ipsum habere
aliquam prudenciam qua sci-
ret se regere et gubernare
non tamen esset in ipso prudencia
civilis nec yconomica
nec regnativa quia nec esset
civitas nec pars civitatis. Quinta
species prudencie dicitur esse mi-
litaris. Nam regimen re-
gni et civitatis si sit rectum
et ordinatum assimilatur
hiis que videmus in uno et eodem
homine. sicut quod quilibet homo
habet duas virtutes unam
in se unam per quam prosequitur
bonum et fugit malum
et aliam per quam aggreditur
et resistit prohibentibus

sit gloria civitas et regnum indi-
get dupliti virtute et dupli-
ti potencia videlicet legum positiva
et militari ut per legum positivam
tota civitas et totum regnum
conservatur conserva et fugiat
contentia. Per militarem vero et
per operationem bellicam aggrediatur
et super impedientia et prohi-
bitiva. militaris ergo est quedam
species potencie per quam superant
hostes et prohibentes bonum
civile et regale. Ex hoc autem
apparet ad quid sit mili-
tia instituta nam sicut le-
ges ut supra ostendebat prin-
cipaliter respiciunt regale bo-
num sic militia principaliter insti-
tuta est ad defensionem quibus
bonis ut civitas et regni
quare cum omne bonum di-
vertere videatur impediri per
impugnationem hostium ex conse-
quenti vero ex seditione civi-
um et ex oppressionem debilium
personarum dicere possumus
quod sicut ad regem principaliter
spectat bene se habere in opere
bellico ex consequenti vero
spectat ad ipsum bene se habere
in aliis civilibus sic ad mili-
tes principaliter spectat bene se
habere in opere bellico et per ac-
tiones bellicas omnia impe-
dimenta hostium ex consequenti
vero spectat ad ipsos secundum ius-
sionem regiam et secundum man-
datum principantis impedire
omnes seditiones civium et
omnes oppressiones eorum qui sunt
in regno per quas regnum potest

tranquillitas civium et que
bonum habere aut potenciam
videlicet militarem maxime de-
cet habere regem nam licet
executio bellorum et remove-
re impedimenta quibus boni
spectat ad milites et ad eos
quibus rex aut princeps
voluerit committere talia sed
tamen qui committendo sunt bella
et quare tante removeri pos-
sit impedientia que bonum
maxime spectat ad princi-
pantem ex hac parte per quam
sunt ad militiam admittendi
ad militiam ut visum est
quedam potencia operis bellici
ordinata ad que bonum vi-
dentur se habere milites in
opere bellico sicut magistri et
doctores in artibus aliis aliis
quare sicut nullus efficiendus
est magister in aliis scientiis
nisi constet ipsum esse doctum
in arte illa sic nullus as-
sumendus est ad dignitatem
militarem nisi constet ipsum
diligere bonum regni et nisi
prius habeatur quo sit bonus
in opere bellico et qui velit secundum
iussionem principantis impe-
dire seditiones civium pu-
gnare pro iustitia et pro viribus
removere que impedire
possunt bonum. Ex hoc ergo pa-
tet quod omnem bellicam operationem
continet sub militari. Nam
licet bella contingat homines
pedites vel ergo consuetudine

non consistentes milites debent
tamen milites esse magistri bellorum
et ordinatores actuum in bello
ideo sub militari operatione belli-
ca continetur. Ex hoc ergo patet
quod cum milites esse debent
quasi magistri bellorum et executio
belli ad fortitudinem spectat, mi-
litia tamen continetur sub pru-
dentia

Videtur quantum ad
prudentiam spectat in opere
bellico duo necessari-
a esse strenuitatem
bellandi et prudentiam erga
bella. Quare si scire volumus
quibus regionibus sint melio-
res bellatores, attenden-
da sunt predicta duo. In partibus
ergo nimis propinquis non sunt
eligendi bellantes quia in eis
deficit strenuitas et animosi-
tas circa bellum ut ait philosophus
vii° politicorum et ut tangit as-
signatur a Vegetio primo libro
de re militari capitulo ii° ubi ait
quod nationes que vicine sunt soli
nimio calore siccate ampli-
us quidem sapiunt sed modicum ha-
bundant sanguinis. Hac propter non
habent pugnandi constantiam nec
fiduciam quia metuunt vul-
nera quia cum modicum sanguinis habe-
ant sanguinis timent sanguinis
emissionem. Non ergo sunt prompti ad
bella nec ad percussiones. Rursus
quod in partibus septentrionalibus et ni-
mis a sole remotis non

non sunt eligendi bellantes
quia et si illis est san-
guinis copia ut vulnera
non metuant propter sanguinis
habundantiam et impetuosi
sunt quia furibundi et impru-
dentes, ideo non omnino
sunt utiles operibus bellicis
quia consilium et prudentia
in dimicatione non est mo-
dicum utilis. Experimento
enim videmus et plane vult
philosophus vii° politicorum quod gentes
nimis propinque soli habundant sagacitate et indu-
stria sed deficiunt animosita-
te. Gentes vero a sole remote
econtrario prudentia deficiunt et
animositate superant. Cum ergo
sit tam animositas quam
industria necessaria
in bellis, in neutris partibus
eligendi sunt bellatores, sed
in regione media nec omnino
a sole remota nec omnino soli
propinqua eligendi sunt bellatores
ut tam prudentia quam ani-
mositate participent. Advertendum
tamen quod certa talia documenta
accipienda esse ut in pluribus
non in omnibus partibus sunt aliqui
industres et aliqui animosi
ut plurimum tamen soli propinqui
animositate deficiunt, remoti
vero prudentia. Advertendum etiam

q̄ licet in bellis tam animosi-
tas quam prudentia sit ne-
cessaria magis tamen animosi-
tas est utilis / ideo etsi
gentes omnino propinque soli
et omnino remote non sint
penitus utiles actibus belli-
cis magis tamen intermedie
regiones elligende sunt
ad opera bellica remoti-
ores a sole quam propin-
quiores ut magis animosi
percipet viso ex quibus
partibus meliores sunt bel-
latores videre restat ex quibus
artibus elligendi sunt bella-
tores / examinanda ergo sunt
ea que requirunt in hominibus
bellicosis ut sciamus quales
homines sint elligendi ad
bellum et ex quibus artibus
sint assumendi bellantes
Dicimus ergo quod cum bellatores
debeant habere membra apta
et assueta ad percutiendum
non debet horrere effusionem
sanguinis debeant esse animo-
si ad invadendum et potentes
ad tollendum labores / dicere
possumus quod fabri ferrarii
et carpentarii utiles sunt
ad opera bellica quia ex arte
sua habent brachia apta
et assueta ad percutiendum
sunt etiam utiles macellarii
quia non horrent sanguinis
effusionem cum assueti sint ad
occisionem animalium et ad effundendum

sanguinem venatores etiam aprorum
admittendi sunt ad huiusmodi opera
/ nam non sine magna auda-
cia contingit aliquos inva-
dere apros / sunt ergo tales
animosi et strenui ad bella-
dum / immo forte non minus
periculosum est bellare cum
apro quam bellare cum hoste
ideo non timentes aprorum
pericula sic in eos non time-
bunt hostium bella / Ursi venato-
res ceterorum non sunt repu-
diandi ab actibus bellicis
eo quod tales assueti sunt ad
labores plurimos / Ex hiis
ergo artibus propterea ne dictis
elligendi sunt bellatores
barbitonsores autem et suto-
res si considerent artes ipsa ad
pugnandum sunt inutiles / nam
numquam ~~...~~ vibrabit clavem
aut ensem bene qui debet
habere manum levem et non
est assuetam retinere in manibus
nisi vas aliud a' actu / nec enim
proportio est acus ad lanceam
et rasorii ad clavam / sic
et apothecarii aurifices
et piscatores non sunt elligen-
di ad huiusmodi opera eo quod non
habent artes conformes operibus
bellicosis / potest ergo contingere
quod in quadam arte sint aliqui
bellicosi et audaces aliqui
vero timidi et pusillanimes
sed aliud est ex quo arte
et prout ars ipsa reddit

homines aptos vel inertes ad
opera bellica quia ita
unum dixit esse utilia ad
actiones bellicas et aliqua
inutilia



Diximus supra per philosophum velle
Diximus in primo pollus iuve-
nes a primo anno
ultra hoc asuefaciendos esse ad
labores fortes et ad labores
militares et bellicosos quod
concordat cum Vegetio de re
militari dicenti quod a tempore pu-
bertatis asuescendi sunt iuvenes
ad militares labores. imo
quia que a iuventute inchoamus
nimis diligimus et delectamur
in illis. Si vult legislator
cives bellatores facere et reddere
ipsos aptos ad pugnandum
potius debet prevenire tempus
quam pretermittere. nam ut ait
Vegetius melius est ut iuve-
nis exercitatus causetur etatem
nondum advenisse pugnandi
quam doleat preterisse. est autem
specialis ratio quare oporteat
iuvenes ab ipsa iuventute
asuescere ad artem bellandi quia
non parva ut levis ars esse
videtur hec armorum industria
nam cum equitem sive peditem
oportet esse bellantem quasi fortuitu
videtur pervenire ad palmam

si careat industria bellandi
tam enim in pedestri quam
in equestri pugna sunt multe
adhibende cautele. fatuum
est quod pro posse sit tunc velle
addiscere bellare cum imminet
pugnandi necessitas ubi
vita pluries morti exponitur
ut ergo bellatores habeant
spacium addiscendi singula
que requiruntur ad bellum ab ipsa
pubertate asuescendi sunt ad opera
bellica. quare si legislator ut
rex aut princeps debeat committere
bellum viros exercitatos et
bellatores strenuos debet
assumere. Viso in qua etate
asuescendi sunt qui debent efficaciter
bellatores ad actiones belli-
cosas videre restat ergo quibus
signis cognosci debent homines
bellicosi. Dicam ergo viros
audaces et cordatos utilio-
res esse ad bellum quam timi-
dos. viros quoque homines fortes
et duros corpore quia potencio-
res viribus sunt magis eligendi
ad opera bellica. Amplius
cum videamus quam animalia
bellicosa quam vero timida
homines similes bellicosis animalibus
utiliores esse videntur ad bellum
Ubi ergo quibus signorum cogno-
scere possumus bellicosos viros
primo quidem per signa sumpta que
cum animositas et audacia
secundo vero per signa sumpta quibus osten-
ditur virilitas et fortitudo corpo-
ris tertio autem per signa sumpta quod
conformantur animalibus bellicosis

Sunt aut signa p q̄ ondit' animositas et strenuitas cor- dis vigilantia oculor' et de- ciatio ceruicis ~~Sig vo~~ Ideo dicit vegetius q adolescētes in arcto opi deputandos dicit ee vigilantibus oculis et erecta ceruice Signa vo p q̄ ondi fortitudo corpor' et vires membror' sunt du- tes carnis compactio mu- sculor' neruor' et lacertor' na 2m phm viijo politicor' opus bellicosum et industria mechanicor' omnino corrumpit mag- num na ut scribi ijo de aia molles carne aptos mete dicimus sed e contrario duri carne habentes compactos et neruos et lacertos sunt vigorosi et animosi et fortes corpore et sunt aptiores ad pugnam Signa vo conformatiua nobis animalibus bellicosis sunt magnitu- do extremitatum et latitudo pectoris videmus enim leones animalium fortissimos habe magna brachia et latum pectus qm ergo videmus in hoie q sit vigilans oculis erectus ceruice in carne compactus in durus in musculis habens neruis et in musculis habens longa brachia et latum pectus debemus arguere ipm ee bellico- sum et aptum ad pugnandum Tales ergo querendi sunt bellatores et ut plurimum conuenit eos ee aptos ad actiones bellicas

Quantum ad presens spectat enumerare possumus viij que decent homines bel- latores 2m que quantum ad pns spectat inuestigare possumus quos et quales bellatores debet rex et princeps eligere Primo enim oportet pugnatores hoies posse sustinere magnitudinem ponderis Secundo posse sufferre quasi assiduos membror' motus et labores magnos tertio posse tollerare paruitatem victus quarto no curare de incomodi- tate iacendi et standi quinto reuereri iusticie et boni comunis quasi no apretiari corporalem vitam sexto no horrere sanguinis effusionem septimo habere aptitudinem et industriam ad protegendum se et ad feriendum alios octauo verecundari et erubescere turpem fugam Est enim primo necessarium bellatoribus posse sustinere ponde- ris magnitudinem na inermes a- quacumque parte feriantur occum- bunt q̄re nisi quis possit sustinere armorum pondera inutilis est ad bellum Secundo bellantibus expedit posse sustinere quasi assiduos membror' motus na si quis in bello non continue se ducat aduersarius non fallitur in percutiendo quasi semper expo- ad sustinendum fortiores ictus expertum est enim q hoie continue se ducente vix aut nunquam ad plenum aliqua percussio potest attingere Sed semper oblica subter- fugit na sic signum se mo- ueret et no staret fixum

no sit de facili percussus ab
arcu sit homo se involvens
no sit de facili vulneratus
ab hoste / continuus ergo membrorum
motus est necessarius ad vi-
tandum plagas / sic etiam est
necessarius ad mentiendum
eas propter quod tales debent
esse homines pugnativi ut diu
tollerare possint assiduum me-
brorum motum Tertio homines
pugnativos decet non curare
de pravitate victus nam grave
est ultra armorum pondera
et eorum que requiruntur ad defen-
sionem exercitus deferre habun-
dantiam victualium et copiam
victus imo et si absque gravamine
adessent pugnatibus ciborum uber-
tas / adhuc esset eis necessaria
abstinentia et non gravare se
de nimio cibo / ut laborem pu-
gnandi melius tollerare possent
Quarto decet eos non curare
de incommoditate iacendi et
standi / nam expedit aliquando
pugnatibus die noctuque esse
in armis propter quod nec instan-
do nec in iacendo est commo-
dum aut requies Quinto decet
ipsos propter iusticiam et que bo-
num est non appretiare corpo-
ralem vitam nam cum tota op-
eratio bellica exposita sit pe-
riculis mortis / nunquam quis est
fortis omnino et bonus bella-
tor nisi aliquo sit impavidus
circa pericula mortis / spectat
enim ad fortem et ad bonum
bellatorem ut innuit philosophus iii°

Ethicorum non curare in bello bene
mori / tunc enim quis dicitur bene
mori in bello quando iuste bel-
lans ut pro defensione rei publice
vel pro aliquo alio magno
bono iuste et audacter expo-
nit se mortis periculis / dum
autem quis ultra quam debeat
diligit corporalem vitam
de facili eligit turpem fugam
Sexto pugnantes non
debent horrere sanguinis
effusionem nam si quis
cor molle habens / mulie-
bris exeus horreat effun-
dere sanguinem non audebit
hostibus plagas infligere
et per consequens bene bellare non
poterit Septimo decet eos
habere aptitudinem et industriam
ad protegendum se et ad ferien-
dum alios nam ut dicitur
primo Ethicorum finis militaris
est victoria sed cum omnes
bellica operatio contineatur
sub militari ut supra ostende-
batur et ut habetur a philoso-
pho primo Ethicorum omnis actio-
nis bellice dicitur victoria esse
finis / quare cum maxime
contingat bellantes vin-
cere si bene sciant se protegere
et alios ferire industria
protegendi et feriendi valde
est expediens bellatoribus
quilibet autem talis industria
habeat et quilibet sit feriendus ho

stem et quod acumulandum ad ista infra patebit. Octavio dicit bellatores verecundari et erubescere turpem fugam. Nam ut dicit iiio Ethicorum Aristoteles illos sunt viri fortissimi apud quos honorantur fortes inter cetera autem que reddunt homines bellicosos est diligere honorari et pugna et erubescere turpem fugam. Advertendum autem quod cum dicimus bellatores non horrere effusionem sanguinis non debere timere amittere corporalem vitam et cetera alia que diffusius diximus intelligendum est si habeant iustum bellum nam pro defensione iusticie et pro communi bono exponenda est periculo corporalis vita non est cavenda effusio sanguinis et cetera alia sunt fienda propter que iusticia et commune bonum defendi potest. Ex hiis autem plane patet quales bellatores et quos viros pugnativos rex aut princeps eligere debeat. Nam illi sunt eligendi in quibus plura reperiuntur de hiis que requiruntur ad pugnam.

Connumeratis hiis que supra dicuntur viri bellatores restat inquirere qui meliores bellatores an urbani et nobiles vel rurales. Videtur autem si consideremus predicta rurales meliores esse. Nam et hanc opinionem visus est esse Vegetius dicens. Nunquam credo potissime dubitari aptiorem armis esse rusticam plebem. Ad hoc enim videntur facere que supra diximus dicebamus enim viros pugnativos tales esse debere qui possent sustinere magnitudinem ponderis continuum laborem membrorum parvitatem victus incomoditatem iacendi et standi non timere mortem non horrere effusionem sanguinis et cetera alia que tetigimus in capitulo precedenti. Constat autem ruralem populum maxime habere predicta sunt enim rustici assueti ad magnitudinem ponderum. Non enim in bellis gravabit eos armorum sarcina qui assidue tempore pacis assueti sunt ad maiora pondera unde nec eos fatigabit cursus vel ductio brachiorum

vel dorum nidborum. Motus
qui ad hos et ad maiores
labores sunt continue as-
sueti. Rursus eos non affligit
et paruitas victus quibus potus
aque satisfaciebat in siti
et grossus panis sufficie-
bat ad esum. Amplius ru-
rales non affligunt ex
incomoditate iacendi vel
standi qui solis ardorem
non timent umbras non
querunt. balneorum solatia
nesciunt. in solida terra ia-
centes suauius dormiunt
quam urbani et nobiles requi-
escant in culcitris. Hoc autem
probabile est non multum timere
mortem nam quanto quis
magis mortem timere videtur
quanto magis delicate vixit
et quanto plurimorum solaciorum
expertus est in vita tanto
magis timet mortem
hii ergo non videntur hor-
rere multum effusionem sanguinis
nam inter ceteras gentes
ruralium gentes videtur esse
crudelior. ad hec igitur inten-
dentibus videtur sentiendum
esse meliores bellatores
esse rurales. Sunt autem
alia per que videtur ostendi
urbanos et nobiles melio-
res esse pugnatores. nam
inter cetera per que quis redditur

bonus pugnator est ut di-
cebatur velle honorari ex pu-
gna et erubescere turpe fu-
gam. hinc est ut ait philoso-
phus 3° Ethicorum quod Hectorem
fecit audacem. Dicebat enim
Hector si ex pugna fugiam
Pelimidas michi vetu-
perium ponat. Sic et Dya-
medes hoc modo affectus
fuit strenuus. quia dicebat
si in bello in fugam versus
Hector tunc contionabitur in tro-
ianis dicens a me devictus
est Dyomedes. quare cum
velle honorari et erube-
scere de aliquo turpi facto
magis conveniat nobilibus
quam rusticis hii meliores
videntur quo ad pugnam eo
quod verecundantur fugere. Rur-
sus in bello multum valet
industria et prudentia
nam sagacitas et astutia
aliquando plus facit ad opti-
nendam victoriam quam ipsa
fortitudo. quare cum communiter
nobiles industriores sint
rusticis. sequitur hos me-
liores esse pugnantes
videntur enim hec duo ma-
xima esse ad optinendum vi-
ctoriam verum erubescentia
fugiendi et sagacitas bel-
landi. ut ergo sciamus quid
sit de quesito tenendum oportet
advertere in arte pugnandi
dupliciter eligendi sunt pugna-

tores plus enim esse pugna pedestris et equestris in pedestri itaque certamine magis eligendi sunt rurales quam nobiles eo quod ibi maxime valet assuefactio ad portatorum ponderum et tolleranda labores. In equestri vero magis eligendi sunt nobiles eo quod equorum fortitudo supplet defectum quem patiuntur nobiles in non posse tantos sustinere labores quantos sustinere consueverunt rurales in huiusmodi enim maxime valet bellandi sagacitas sociata erubescentie fugiendi. Breviter tamen quod sunt nobiles quam omni parte efficiantur strenui bellatores assuefaciendi sunt ad portandum armorum pondera et ad sustinendum labores et motum brachiorum et aliorum membrorum corporis ut requirunt opera bellica que et quot sunt illa atque debeant exercitari bellantes in sequenti capitulo ostendetur.



Recitat Vegetius in libro de re militari exercitationem armorum et industriam bellandi fuisse ea que terrarum orbem romano populo subiecerunt. Nam quid potuisset paucitas Romanorum adversus multitudinem hyspanorum contra dolos affrorum et prudencias grecorum nisi Romani illi exercitati fuissent in armis et magis habuissent bellandi industriam. Non est enim inconveniens virum prudentem et sagacem in uno [illegible] prudentia esse imprudentem in alio. Unde multociens contingit quod prudentes in rebus aliis propter inexercitium armorum non sunt industres in bellis. Exercitium enim in quolibet negotio prebet audaciam ut non metuat id facere. Nam ut ait Vegetius Nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Unde est quod tantum valet armorum exercitatio quod in bellorum certamine paucitas exercitata sit prompta ad victoriam et multitudo indocta et rudis semper sit exposita ad fugam et ad cedem. Viso armorum exercitium esse utile ad opera bellica restat ostendere quo exercitandi sunt bellantes admittendi quidem et passim adcursum et ad saltum

Nda ista ut inspiciendo pa-
tebit necessaria sunt in bel-
lis et exercitatio circa ipsos
bellantibus est notitia pro-
cum milites et pedites et
ulteri bellantes assuescen-
di sunt ad gradiendum et passum
bellicum ut gradati pergant
Ita ut quilibet in suo ordi-
ne se teneat. Nam si aci-
es sive peditum sive mi-
litum non ordinate incedit
duo mala inde consequuntur
Nam non servato debito ordine
in una parte erit acies
quasi sparsa et rara ve-
tra quam debeat in alia vero
arta et stricta plus quam
oporteat. Primo quod ex eo quod
in aliqua parte est rara citius
ab hostibus perforabitur et di-
videtur et per consequens debella-
bitur. Secundo in parte in qua ni-
mis arta est impedietur
ad percutiendum. Nam cum bel-
lator a suo consortio ni-
mis comprimitur sua impedi-
untur brachia ne possit
hostibus plagas infligere.
Hec ergo duo sunt in acie
necessaria ut si libet
non possit de facili per-
forari ab hostibus et non
impediatur ad percutiendum
quod nisi debito gradu et
debito ordine servato in
incessu fieri non potest

tam quod pedites quam equi-
tes bellatores antequam
bella exercitandi sunt multo usque
sic congregandi et exercitan-
di ut onerati armis
ordinate incedant ac
si deberent pugnam
committere et cum viderit
magister bellorum aliquem non
tenere ordinem debitum
ipsum increpet et corrigat
vel si nimis delinquat
ipsum omnino repellat ab
acie tamquam inutilem bel-
latorem. Secundo exercitandi sunt
bellatores tam pedites quam
equites ad cursum ut sint
habiles in percurrendo. Vide-
tur enim hoc valere ad tria. Primo ad
explorandum inimicorum facta.
Nam bonum est in exercitu ali-
quos agiliores percurrere
qui de facili non possint
ab ipsis hostibus comprehendi
explorantes conditiones et
facta hostium. Secundo est uti-
le ad obtinendum meliorem
locum. Nam et locus multum facit
ad pugnam. Ideo si bellato-
res exercitati sunt ad cursum
facilius obtinebunt aptiorem
locum ad pugnandum. Tertio est etiam
hoc utile ad persequendum ho-
stes et fugientes. Nam non
de facili quis poterit evadere ma-
nus insequentium vel percur-
rentium. Tertio exercitandi sunt
bellatores ad saltum ut si

aut saltu uel per saltum inuade
quod tamen ad tria est utile primo
ad remouendum impedimen-
ta secundo ad euadendum aduersarios
tertio ad infligendum maiores
plagas. Contingit enim ali-
quando inuenire fossas et alia
impedita in via que sine
saltu transiri non possunt. Quare
utile est ad remouenda im-
pedimenta ut equites sic sint
docti ut sciant equum sic pu-
gere ut per saltum foueas et
alia impedita pertranseat
et pedites et tamen milites
si contingat eos pedes pugnare
si volunt boni bellatores
existere sic ab ipsa iuuentute
exercitandi sunt ad saltandum
ut possit per saltum foueas
et alia impedimenta tran-
sire. Secundo etiam exerci...
aduersarii quia sic vident hos-
tes per saltum inuadere. Tertio
sunt ipsi saltus ratione mo-
tus faciunt ut plaga amplior
infligatur.

Possumus autem post
tria predicta ad
que exercitandos dixi-
mus bellatores enu-
merare octo alia ad que exercitari
debent homines bellicosi. Primo
enim exercitandi sunt ad per-
tandum pondera. Secundo ad inua-
dendum et percutiendum cum lancea.
Tertio ad emittendum tela sive
iacula et ad percutiendum cum
lancea. Quarto ad iaciendum
sagittas. Quinto ad prohibendum
proiciendum lapides cum
fundis. Sexto ad percutiendum
cum plumbatis. Septimo
ad occidendum equos. Octavo
ad sciendum autem natandum.
Est tamen ulterius dicendum
quod exercitandi sunt bella-
tores ad percutiendum cum gladiis
et ensibus sed de hoc specialiter
capitulum faciemus. Primo enim
sunt exercitandi bellatores
ad portandum pondera ut
plus ponderis portare assue-
scant tamen cum sit armorum
sarcina. Nam consuetudo est
quasi natura quia cum quis sit
assuetus est ad portandum maiora
pondera videtur sibi quasi
quod leuius incedat si oneretur
minori pondere. Rursus non
solum arma sed etiam plura alia
sunt ferenda in bello. Ideo
tamen ad maiora pondera
non est inutile assuescere bel-
latores. Secundo exercitandi sunt
bellatores ad inuadendum
et percutiendum lancea. Reci-
tat enim Vegetius quod antiquitus
apud Romanos in campo aliquo
infixi pali infigebant et
iuuenes quos volebant facere
optimos bellatores exercitabant

ad palos ipsos ut ita quilibet
haberet duplicis ponderis scutum
quam sit scutum quod portat in
bello et clavam ligneam du-
plicis ponderis et quod illorum
iuvenum sic oneratus contra
aliquem illorum palorum quasi contra
adversarium incedebat. Et nunc
percutiebat palum in summitate
nunc in imo nunc in me-
dio et quod palum illum sic impetuo-
se ferebat percutiendo ipsum
et tropando se et alia facien-
do que requiruntur ad bellum
atque contra hostem dimicaret et
tam diu mane et sero iu-
venes sic exercitati essent cum
postea veniebant ad bellum
non gravabantur in percuciendo
cum clava vel in sustinendo
consimiles labores bellicos. Tertio
exercitandi sunt bellatores
ad emittendum tela et iacula
et ad percuciendum cum lancea
quod etiam ad fixum palum fieri habet.
Fiebant enim antiquitus ut cum
iuvenes exercitati essent ad
percuciendum palos infixos cum
clava quod exercitabantur ad per-
cuciendum cum telo vel cum ia-
culo sive cum lancea. Stabant
enim a remotis et assuefaciebant
brachia ut possent palum
illum percutere vel saltem pro-
pe eum percutere. Est autem
attendendum in iaciendo te-
lum aut lanceam primo vi-
brandum est telum et postea
fortiter est impellendum

vibrato enim telo propter maio-
rem motum quem efficit
in aere longius procedit et
amplius vulnus infligit.
Quarto exercitandi sunt bella-
tores ad iaciendum sagittas
vel cum arcubus vel cum
balistis. Nam quia contingit
quod ipsos hostes non possumus
eminenter attingere utile
est eos sagittis impugnare
immo dato quod pugnantes
se cum hostibus possunt com-
misceri antequam congrediantur proficuum
est eos arcubus et balistis
terere. Legitur enim de Affricano
Scipione quod cum de populo
romano certare deberet non
aliter contra hostes se obtinere crede-
bat nisi in omnibus aciebus
electos sagittarios immisisset.
Quinto sunt bellatores exercitan-
di ad iaciendum lapides cum
fundis. Hic enim modus bellandi
in quibusdam maritimis insulis
fuit inventus in quibus
pueri ut Vegetius recitat
adeo industres erant ut
iuvenes nullum cibum eis exhi-
berent quem non primo cum
funda percuterent. Est enim hoc
exercitium utile quia fundam por-
tare nullus est labor. Contingit
tamen evenire ut in lapidosis
locis habeatur conflictus et ut
mons sit aliquis defen-
dendus. In impugnatione
etiam castrorum et civitatum
non inutile est lapides

cum fundis circa sextum exercitandi
sunt bellantes ad exercitia
proiciendi cum plumbatis. Nam
pila plumbea vel ferrea cum
cathena aliqua coniuncta ma-
nubrio ligneo vehementer
ictum reddit. Nam ipse vehe-
mentiorem motum acquirit,
vehementius percutit pila
cum cathena hastae inserta
quam si ipsi hastae vel ipsi ma-
nubrio ligneo esset iuncta.
Ad omne enim genus percussionis
exercitandi sunt bellantes ut
contra alios et alios hostes
aliter et aliter percutiendo discant.
Septimo bellatores exercitandi
sunt ad ascensionem equorum.
Nam ut Vegetius recitat fie-
bant antiquitus equi lignei
ad quos ascendendo iu-
venes in hieme exercitabantur
sub tecto, in estate vero in
campo. Et primo equos illos
ascendebant inermes et de-
inde armati. Et adeo ad hoc
assuefiebant ut a sinistris
et a dextris et undique equos
illos ascenderent. Immo quod
plus erat evaginatis gladiis
ascendebant in illos. Intantum er-
go circa hoc exercitabantur in pa-
rte quod in tumultu praelii sine
mora de facili ascendebant
equos. Octavo assuescendi
sunt bellatores ut na-
tare sciant. Nam non semper
pontes sunt prompti et mul-
totiens occurrunt aquae

profunditates. Propter quod ex igno-
rantia natandi contingit
multos periclitatos esse. Inde
est quod apud Romanos antiqui-
tus consuetudo erat qui iuve-
nes futuri bellatores
per magnam partem
diei exercitati essent ad arma
si tempus erat natationis
continuo ducebant ad flumen
ut arte natandi assuescerent.
Immo non solum pedites
et equites et etiam ipsos equos
ad natandum exercitabant. Ad-
vertendum autem quod praedictorum ex-
ercitiorum quaedam sunt magis propria equi-
tibus quaedam peditibus, quaedam
utrisque. Quod quomodo sit non
magna consideratione
eget et solertem mentem
latet. Nam praeter hoc ascendere equos
est proprium equitibus, percutere la-
pides cum funda videtur
esse proprium peditibus. Alia vero
aliquomodo applicabilia ad utrosque.

Negotia bellica
inter cetera periculo
plena esse videntur.
Ideo in eis est ma-
gna diligentia
adhibenda. In talibus ergo
non potest quis superabundare cau-
telis. In pugna enim omnino
est eligendum maioris diligentiae

habuisse quam bella commissa re-
quirebant. quia ita ipsa in aliquo
negotio neglexisse. Nam vera-
citer Vegetius dixisse Catho-
nem quod in aliis rebus si quid
est erratum potest postea corri-
gi. delicta vero preliorum emenda-
tionem non recipiunt sed statim pe-
na errorem consequitur. quia im-
perite et imprudenter pugnantes
vel pro [illegible] perimuntur vel
in fugam conversi adeo efficiuntur
timidi quod contra suos victores
vix aut numquam audent bella
committere. Ergo si in bellis
omnino est superabundans cautela
non est pretermittendum quin cum
in aliquo casu potest exercitum esse
positum ne debelletur ab hosti-
bus. Contingit autem pluries
diurno et nocturno tempore
quod exercitu absque fossis et castris
existente et non credentes ho-
stes esse propinquos. quia superve-
nientibus hostibus fugit exercitus
debellatur. Ergo postquam exercitus
suam dietam compleverit et ali-
cubi vult pernoctare et ulte-
rius moram trahere si ad locum
illum in aliquo casu vel in ali-
quo eventu hostes supervenire
possunt statim ita exercitu fieri
debent fosse erigendo muni-
tiones aliquas quasi ad modum
castrorum. quia mirabiliter tam salutare
tam necessarium invenitur
in bello sicut si debite sint
facte munitiones et recte casti-

ficata sint castra ita ut in-
fra castrorum spacia totus
exercitus securus permaneat quamquam
circumquaque et undique supervenien-
tes hostes obsidiant. Debent
enim exercitus semper ferre instru-
menta quibus ut cum castra me-
tari voluerit quasi quandam
munitam civitatem secum por-
tasse videatur. Viso utile
esse ita exercitum facere fossas
et construere castra restat
ostendere qualiter huiusmodi
munitiones et castra sint
construenda. Nam si hostes sint
absentes facile est ita exercitum
fossas munitiones erigere et
castra construere sed si adversarii
presentes assint difficilius
est castra munire. Sunt enim in
tali casu duo necessaria videlicet
hostibus resistere et castra con-
struere. In tali ergo eventu secundum
sapientum sententiam est exercitus
dividendus ita quod omnes equi-
tes et una pars peditum debeat
ordinari in acie ad repellendum
impetum hostium. Reliqua vero
pars peditum que possit suffi-
cere ad talem constructionem ca-
strorum debet celeriter castra
construere. Quod autem super
construendis castris et faciendis
fossis aliquos magistros
peritos qui negligentes
sollicitent et puniant quia in
[illegible] quod ipsum oporteat

agere. Ostenso utile esse castra
construere et qualiter contra pugnantibus
hostibus construenda sunt castra
et que sunt attendenda in con-
structione castrorum. In faciendis
enim fossis et in construendis
castris intra quorum spacium est
exercitus collocandus, tria sunt con-
sideranda, videlicet situs, forma
et munitionis modus. Circa
situm autem quantum ad presens spectat
sunt quatuor attendenda. Primo
ut sit in copia aque et alio-
rum que sunt exercitui necessaria. Secundo
non debet illi de vicino mons
aliquis vel locus aliquis
arduo posse exercitus impugnari.
Tertio circa situm considerandum
est spacium, ut pensata multitudine bellatorum
accipiendum est spacium circa quod
sunt munitiones erigende
ut non plus accipiat de spacio
quam requirat bellantium. Nimis enim
multitudo nec etiam accipiatur
tam modicum ut ultra quam
debeat oporteat exercitum constrin-
gi et constipari. Quarto si op-
portet in loco illo exercitum
moram contrahere et assit pro-
litas eligenda est circa situm
salubritas aeris. Ideo nec exerci-
tu non solum cavenda sunt vulne-
ra hostium, sed ut offert se fa-
cultas cavende sunt pestes
morborum. Declarato ergo que sunt
attendenda circa situm castrorum,
declarandum est qualis debeat
esse eorum forma. Videtur autem
velle Vegetius munitiones

et fossas fiendas circa exercitum
debere habere formam quadri-
lateram oblongam, quia si-
gura circularis est capacissima,
eligibilius est facere munitio-
nes circa circularem formam vel
formam multorum angulorum, quia
si multum timetur de impetu
hostium oportet fossas facere multorum
angulorum, eo quod illa forma
est magis defensioni apta ut
infra patebit. Talis itaque
forma est melior in constructione
castrorum nisi loci situs impedi-
at. Propter aliquam contingit situm
illum non pati talem formam.
In tali ergo casu construenda
sunt castra semicircularia, tri-
angularia, quadrata vel
secundum aliquam formam aliam quam
requirit dispositio et aptitudo
situs. Porta autem principalis
ex illa parte facienda est que respi-
cit hostes vel circa quam prefectus
est exercitus. Sunt etiam in castris
ponenda insignia ad terrendum
hostes et etiam ad hoc ut si con-
tingat aliquos de exercitibus elon-
gari a castris, visis insigniis me-
lius sciant ad castra redire.
Viso itaque pertractatis superest
videre quis munitionis modus
attendendus est in constructione
castrorum. Notandum ergo quod si exercitus diu
ibi moram intendit, erigende
sunt fortiores munitiones
et faciende ampliores fosse, sed
si aliud ibi prioritas cupit
latet ibidem per modicum tempus
existere, non oportet tantas mu-

nitorum ex parte. Modum autem et quan-
titatem fossarum tradit vegetius
dicens quod si immineat ma-
gna vis hostium fossa debet
esse lata pedes novem alta
septem. Sed si adversariorum vio-
lentia immineat convenit
fossorum ampliorem esse et altiorem
facere ita ut sit lata pedum
xii et ix. Est tamen advertendum
quod si fossa sit alta pedum ix
terra ei erectam super fossam
crescit quasi pedum iiii ita
quod tota fossa alta est quasi pedum
xiii. Debet enim fossa esse in maiori
ex parte hostium et tota pertinentia
est ad partem intra ubi est exer-
citus collocandus in terra
aut illa figendi sunt stipi-
tes et ligna et municiones
alie quas secum exercitus porta-
re debet. Sic ergo castris consti-
tutis et fossis factis poterit
exercitus morari securus.

Ut patet per philosophum
et per habita circa
negocia bellica est
cautela maxima
adhibenda. Nam quia bellorum
casus irremediabiles sunt
diligenter videnda sunt quibus
ita bella conducenda existunt.
Unde pugna publica quantum
tamen inclinus aut pugna-
no committere quia absque debita
provisione fortune et casui
se exponere. Videndum autem in
bello duo existere videlicet viros pu-
gnantes et auxilia que veh-
untur ad pugnandum ex parte
autem virorum pugnantium committendum
ad presens spectat sex sunt at-
tendenda sunt et ex parte
auxiliorum et ambulantium
ad bellum sex alia enumerari
possunt que sunt attendenda
in universo ergo rex aut princeps
aut dux exercitus qui debet
esse vigilans sobrius prudens
et industris duodecim conside-
rare debet sex ex parte virorum
et sex ex parte ambulantium
et postquam eligat publicam pu-
gnam committere. Sunt enim sex
ex parte hominum bellatorum que
faciunt ad optinendam victoriam.
Primum est numerus bellatorum
nam illi plures quia bellantes
ceteris aliis paribus 2m quod
huiusmodi sunt victoriam
obtinere debent. Nam ut dicitur
iii pollitico(rum) qualitas im- qualitas
pugnatorum est melior utilior
sicut manus pondus magis
trahit. Sed ex parte bellatorum
attendenda est exercitatio. Nam
brachia huiusmodi inassueta
ad percuciendum et membra
inexercitata ad bellandum
deficiunt in sustinendo. Quibus
virilius et expedicius et
sine maiori labore et pena

faciat opera consueta Tercio attenden-
da est tollerancia circa neces-
sitates corporis Nam existentes
in exercitu oportet multa inco-
moda tollerare que si sunt
aliqui ibi molles et muliebres
et verentes incomoditates
aliquas sustinere devicti
ipsis incomoditatibus quas su-
stinent bellare recusant et
exercitum fugiunt Quarto conside-
randa est fortitudo et duri-
cies corporis multum enim interest
nosse duriciem ferri et similiter molli-
ciem panni cerici et inter
suavitatem lecti et asperitatem
pugne consideratio enim bello
in quo omnes volunt esse boni
bellatores Si per hoc venit
ad experientiam pati vim contestorum
et gustaverint quanta sit durities
ferri et quantum sit armorum pon-
dus et quantus sit labor pugne
et quantum affligunt vulnera
hostium ut plurimum est durus
carne et robustus corpore
si propter talia non retrahitur a
bellando Nam et si contingat
molles carne et pugnam
gustaverint bella appetere
pugna hec est ut raro Nam
habentes carnes molles
ut supra tangebatur sunt ap-
tiores ad intelligendum sed ut
plurimum sunt inepti ad pu-
gnandum Nam tales diffici-
liter sustinent armorum ponde-
ra

vehemencius dolent ex illatione
vulnerum Quinto consideranda
est in bellatoribus industria et in-
dustria ad bellandum Nam
quanto cauciores sunt bellatores
tanto citius victoriam obtinent
Sexto attendenda est virilitas
et audacia mentis quia audaciores
et magis cordati ut plurimum
in pugna victoriam obtinent
Rex autem ergo princeps vel dux
exercitus pugnaturus publice dimicet
ex parte hominum bellatorum sex
considerare debet Primo ex
qua parte sunt plures bellato-
res Secundo qui sunt exercitati ma-
gis 3o qui sunt fortiores in
sustinendo necessitates et in-
commoda Quarto qui sunt robu-
stiores et duriores corpore
Quinto qui industriores et
sagaciores mente Sexto qui
sunt audaciores et viriliores
et cordatiores corde et tunc dux
sobrius et vigilans prout vi-
derit suum exercitum in hiis con-
dicionibus abundare et defi-
cere poterit accelerare pu-
gnam vel differre et bellare
publice et aperte vel per insidias
et latenter Enumeratis sex
condicionibus que consideranda
sunt pugnaturis commissa bellum pu-
blicum ex parte hominum bellatorum
Reliquum est enumerare sex alia
que sumuntur ex parte amminicula-
cium et eorum que auxiliantur ad bel-
landum in bello quod auxiliantur

equi arma victualia loca
pugnandi tempus et auxilium
expectatum. Debet ergo dux exercitus
considerare primo ex qua parte
sint plures equi et meliores
2o ex qua parte sint meliores
sagittarii plures armati et
habentes meliora arma 3o
ubi plus victualia abundant
Nam aliquando absque robore et absque
bello adversarii cedunt deffici-
entes in victualibus et ob mo-
dicitatem non valentes moram
contrahere. 4o considerandus
est pugnacionis locus qui sit
in altiori situ vel meliori ad
pugnandum. 5o circa pugnam
attendendum est tempus utrum
tunc quo committenda est pugna
sol sit oppositus faciebus eorum
vel hostium et utrum sit aliquis
ventus flans et elevans pul-
verem contra ipsos vel contra
adversarios. Nam habentes so-
lem et ventum per pulverem
contra se offenduntur in oculis
ut dimicare non possint. Sexto
est attendendum qui plures au-
xiliatores expectant auxilia.
Nam si hostes expectant plura
auxilia non est bellandum vel
accelleranda est pugna. Si
autem ipsi plures auxiliatores
expectant est impugnacio dif-
ferenda. Hiis ergo omnibus
diligenter inspectis si videat dux
exercitus sufficienter adverterit

utrum debeat publicam pugnam
committere. Nam postquam viderit
se in pluribus condicionibus prefatis
habundare vel deficere sic se ha-
bere poterit circa bellum
forte enim numquam continget
omnes condiciones predictas
concurrere ex una parte. Ubi tamen
plures et meliores condiciones
concurrunt est pars potencior ad
bellandum



[S]emper exercitus unita
et ordinata fortior est seipsa
dispersa et confusa.
Contingit autem
aliquando commisso
bello ordines
et acies turbari
et confundi. Ne
igitur hoc posset accidere ob-
servabatur antiquitus ut di-
videretur exercitus in turmas
et acies et singulis singula
vexilla constituebant
ita ut in quolibet vexillo
per literas vel per aliqua evidentia
signa ac aperte ostenderetur
cuius aciei vel cuius turme
esset vexillum illud ut si contin-
geret aliquem bellatorem

deviare a propria acie de facili
redirent ad illud utile quod fuit
in bellis insignia et vexilla
deferre ne confunderetur exercitus.
Rursus expediebat constituere
duces centuriones decanos
et alios prepositos belli. Nam
totus exercitus habet se ad similitudinem
unius corporis quare sicut omnia
membra corporis se invicem iuvant
sic omnes bellatores et
omnes partes eiusdem exercitus se
invicem defendunt. Que sicut
confunderentur membra corporis
nisi dirigerentur per unum caput
in quo viget sensus et motus
sic confunderentur bellatores
in exercitu si carerent centurione
aut duce qui deberet
esse eorum caput et eorum directivum.
Unde est quod antiquitus
ne accideret confusio in bello
constituebatur dux aliquis
qui toti exercitui erat prepositus
sub hoc autem duce erant centuriones
sub centurione vero
decani. Dicitur enim decanus a
decem sicut centurio a centum
habebat enim centurio sub se
decem decanos ita quod preerat
centum bellatoribus et decem
decanis quorum quilibet decanorum
sub se decem viros pugnativos
habebat. In galea enim
centurionis scripte erant littere
aliquae vel signum aliquod
evidens quod respicientes decani
cognoscebant centurionem
proprium et sciebant quem

sequi debebant. Sic etiam in galea
cuiuslibet decanorum signum
aliquod erat inscriptum per quod
x bellatores viri quibus ipse erat
prepositus decanum proprium cognoscebant.
Hoc itaque modo non
solum aliter alio tamen in aciebus
equitum quam etiam peditum constituebantur
sub ducibus et prepositi et
fiebant vexilla ut quilibet sciat
quid debeat agere. Est enim tantus
terror armorum propter strepitum
et percussiones illas quod verba
et insinuationes non sufficiunt
ad dirigendum bellantes. Sed oportet
dare evidentia signa ut
quilibet ex suo intuitu sciat
se tenere ordinate in acie et
cognoscat quid sit acturus.
Ex hoc autem patet propter quales
debeant esse portantes insignia
et vexilla nam vexillo fracto
totus exercitus est confusus.
Cum magna ergo diligentia
est vexillifer eligendus ut
sit corde fortis ad constans fidelis
principi expertus in armis et
alia similia que requiruntur ad
bonum et prosperum statum quod bellatores
contingit. Nam etiam nostris temporibus
totum propter civitatis eius-
dem devictum esse a bellato-
ribus paucis eo quod vexil-
lifer fraudem committens
velavit vexillum et abscondit
ipsum quare confundebantur
bellatores quasi non habentes
caput et ignorantes ad
quid deberent attendere ipsi quid

si in bellatore vita multorum hominum periculis mortis exponitur cum magna diligentia vexillifer est querendus. Ex dictis autem patebit qualis esse debeat qui in exercitu est peditibus et equitibus preponendus. Nam sicut caput est prestantius aliis membris sic qui in bello preest aliquibus tironibus vel bellatoribus aliis esse magis sciens illis et magis expertus in hiis que requiruntur ad pugnam. Quare si pedites debeant boni bellatores existere esse debent fortes viribus procere statura scientes recte hastas et tela eiicere etiam debent gladium vibrare ad percutiendum scutum portare ad se protegendum debeant esse vigilantes agiles sobrii habentes armorum experientiam oportet omnia hec per amplius et perfectius reperiri in eo qui est super pugnatores pedites preponendus. Debet ergo qui in pugna peditibus preponitur esse fortis viribus procere statura sciens recte hastas et iacula sciens dimicare gladio ad percutiendum portare scutum ad se protegendum vigilans agilis sobrius habens omnem armorum experientiam ut sciat erudire pugnatores sibi commissos cogat eos ad bene bellandum et arma tenendum. Nam ipse armorum nitor terrorem incutit hostibus ut portans huiusmodi arma credatur bonus esse bellator. Ipsa enim rubigo armorum arguit inertiam bellandi in eo qui portat ipsa. Si ergo talis debet esse qui preponitur peditibus bellatoribus multo magis debet esse armorum expertus et procerus corpore et fortis viribus qui est equitibus preponendus, quia in bello equestri maior conflictus efficitur quam in pedestri pugna. Oportet ergo prepositum et ducem militum bellicantium belli esse habilem corpore ut possit tot armatus agiliter equum ascendere scire fortiter gestare lanceam agitare iacula recte cum scuto se protegere clava et ense dimicare habere omnem armorum experientiam ut possit suos commilitones ad pugnam erudire ut fortiter pugnent arma tergant et alia faciant que requiruntur ad bellum.

Mors est quid terribilissimum et finis omnium terribilium ut dicitur iii° Ethicorum. Ubi ergo quantum maius periculum et ubi hostes insidiantur morti timendum est omnis cautela adhibenda ut exercit-

fruetur illesus et ut vita
cunctorum conservetur ideo
sufficit considerare ea que
consideranda in pugna com-
mittenda nisi sciantur caute-
le ad removendum impedi-
ta viarum ne exercitus per insidias
hostium periclitetur. In via
possumus autem quantum ad presens
spectat sexto cautelas enume-
re quas debet dux belli reti-
nere mercenariter ut salvetur
vita pugnatorum qui sunt
in eo. Prima est ut itinera
regionum per que exercitus proficisci
debet et intervalla locorum
et qualitates viarum et compendia
et adminicula et montes et
flumina consistentia in itinere
debet habere conscripta immo
si vie ille et passus et flu-
mina dux exercitus habere de-
picta ut quasi oculorum
aspectu perspiceret quam exerci-
tus deberet pergere tutius pos-
set secundum exercitus ducem. Sic enim
marinarii faciunt qui vi-
dentes maris pericula ne cor-
nantes patiantur naufragium
describunt mare mappam
ubi portus marini discri-
mina maris et [illegible]
portolana sunt descripta. Qui
marinarii intelligentes statim
percipiunt quas debeant pergere
et in quolibet loco exstant et
a quibus debeant sibi cavere
quare tantum per insidias ho-

stium exercitus tot quasi vel etiam
pluribus opponatur in via quam
ante in mari nullus debet
exercitus pergere per viam aliquam in
qua pati possit insidias ni-
si qualitates viarum notas
et flumina et cetera scripta in
illo itinere habeat dux con-
scripta et depicta. Secunda cau-
tela est ut simul cum hoc
quod habet vias et qualitates viarum
conscriptas et depictas ducat
dux belli contra ductores
aliquos bene scientes vias
illas qui plures per eas pergunt
et experti sunt illas. Nam verum
aliqua conscripta et depicta
non sunt ita nota sicut
si per se res sensibiliter videmus.
Nam potior est cognitio rei per
quam cognoscitur in se ipsa quam
per quam cognoscitur in pictura
vel in suo simili. Ne tamen
conductores molientur
fraudes aliquas debet circa
eos dux bonus apponere
custodias ne possent fugere.
Debet etiam eis minari mor-
tem si in aliquo fraudulen-
ter se habeant et promittere bona
si fideliter se gesserint. Tertia
est habere secum sapientes
plures fideles principi exerci-
tatos in bellis de quorum
consilio agat quicquid
viderit esse fiendum. Nam
ubi tantum erit periculum
nullus debet inniti proprio capiti

Nec credere sibi soli. Quarta cautela est ut itinera ignorentur per que debet exercitus proficisci. Nam consilium ducis exercitus quanto minus est publicatum tanto quod fuit in consiliis deliberatum minus impeditur et citius fini debito mancipatur. Propter quod postquam deliberatum est per quas vias debet exercitus procedere, vias illas dux habeat conscriptas et depictas et non habeantur conductores aliqui fideles; quanto hoc minus publicatum est et magis celatur ab hostibus tanto exercitus magis secure proficiscitur. Quinta est in quolibet agmine et in qualibet acie habere aliquos equites fidelissimos habentes equos veloces et fortes qui ante et a tergo et a dextra et a leva procurrant illustrantes et discoperientes insidias ne hostes aliqui latitantes ex aliqua parte molestent exercitum. Nam et si nullis esset notum ducis consilium eo tamen ipso quod per aliquas vias incipit exercitus iter arripere coniecturari quis potest per quas partes debeat proficisci et quia probabile est semper in talibus aliquos exploratores adesse cogitare debet dux belli quod et hoc possit ad aures hostium pervenire. Itaque cum pericula provisa minus noceant

per velocissimos equites sunt detegende insidie ne exercitus ex aliqua parte ex improviso patiatur molestias. Sexta ut ex illa parte exercitus probiores milites et magis bellicosi pedites apponantur ex qua credit maius periculum imminere, quod si ex omni parte de periculo dubitatur undique sunt remedia adhibenda. Septima est ne exercitus dispersim vadat nam interrupta acies facilius debellatur. In qualibet ergo hora sic exercitus se debet habere ut si extunc hostes presentes adessent eis non possent efficere nocumenta, unde et proverbia dicunt quod qui est munitus non est derisus. Semper ergo dux belli cui commissa est tantorum vita debet esse attentus et vigilans ne hostes eum invadere possent quasi neglectum et dormientem. Debet etiam dux exercitus centuriones et decani et alii qui operibus bellicis preponuntur semper monere milites et pedites ut sint parati ad arma ut si contingeret aliqua improvisa invasio subita possint invadentibus resistere, sic ut dato quod accideret aliquis repentinus insultus esset quasi improvisus

premissus et minus prestant
nocumentum. Octava
cautela est considerare exerci-
tum in quibus sit copiosior
utrum magis habundet in pediti-
bus vel equitibus. Nam equites
melius se deffendunt in cam-
pis, pedites vero in locis sil-
vestribus et montuosis. Itaque ut
viderit dux belli se abunda-
re in equitibus vel peditibus
eligere poterit vias campestres
et amplas et nemorosas et
montanas et alia prout no-
verit expedire.

Postquam diximus sub
alio contentum ope-
rata bellica et ex
quibus regionibus
sunt meliores
pugnantes et ex
quibus artibus sunt
meliores bellatores
declaravimus etiam qualiter
in exercitu castrensi sunt
munitiones et castra et quomodo
sunt consideranda si debeant
publica bella committi et ex
quibus cautelis abundare de-
bet bellorum ductor ne suus
exercitus ledatur in via. Quantum
ad campestre bellum nichil
restare videtur ultra dicta restat
ubi ut doceamus ordinare acies

prout adversarios et invade-
re hostes. Prius tamen dicendum de
ordine aciei. Si enim ordo
fuerit in acie sed modicum
valet ad pugnam. Nam ut ait
Vegetius nisi bellatores sunt
ordinati et occupent de-
bitum spacium bene pugnare
non possunt. Nam si nimis sunt
constricti impediuntur ne aliquos
prout possit. Si vero nimis
rari et inter lucentes aditum
prestant hostibus ut facilius
devincantur. Servare autem
debitum ordinem in acie
ut equites et pedites
suam aciem servent non
sine magno exercitio fieri
potest. Qui ergo in tempore
aliquo vult bellare per diu-
turna tempora debet exer-
citare pugnatores ad servan-
dum debitum ordinem in acie
et ad faciendum ea que requirunt
in bello. Modus autem per quem
pugnatores sciunt servare or-
dinem suum dicendum est ut
frequenter tam equites quam
pedites ducantur ad cam-
pos et ille qui est exerci-
tatus in bello et qui debet
equitibus vel peditibus esse
prepositus primo debet equi-
tes et pedites linealiter
disponere ita ut seriatim
maneant et equaliter adinvi-
cem distent in distantia

quam vertit acies equestris uel
pedestris, propterea princeps debet ut
duplicent aciem ita quod me-
dietas aciei statim seperet
se a medietate alia et se-
paratim ordinet se ante
aliam uel post ipsam. quo facto
statim debet princeps dux belli
ut aciem duplicatam faciant et
deinde ut constituant secundo
modo quod facile sit aciem duplicatam
et seratam diametro
et partibus quadratis consi-
milem, facile (?) . . . uel
ut sit unum dicere quod illud ob
hos modos geometros capi-
unt duces pugnatoribus ad
campos sine comitibus sine
peditibus imparare debet dux
belli quod pugnatores ordinet
se secundum formam quadrangula-
rem et postea quod secundum triangu-
larem et deinde secundum rotundam
et deinceps debet assuescere
bellantes ut sciant construere
aciem secundum quamlibet formam.
His visis sciendum quadran-
gularem formam aciei inter
ceteras formas esse magis
inutilem ideo secundum hanc for-
mam numquam est formanda
acies simpliciter sed in tan-
tum situs loci talem formam
requireret in huiusmodi
casu construenda est for-
ma perfecte autem aciem
secundum se utiles ad bellandum
sunt piramidalis rotunda
et forficularis. Nam pugna-
tores uel plus volunt se defen-
dere et sustinere ictus uel vo-
lunt alios invadere si pro
bellantes non sentiunt
se tante potentie esse ut
alios debellare possint sed
sufficit eis ut se defendant
tunc est construenda acies
secundum rotundam formam et pu-
gnatores debent se magis
constringere et conservare
ut acies non possit ab ho-
stibus scindi. Circa
aciem autem in summitate et
in exteriori parte constituenda
sunt homines graviores ar-
maturis et melius armati
quam absque minori gravamine
possint ictus sustinere. Si vero
pugnatores credunt se esse tante
potentie ut possint adversa-
rios invadere tunc uel secundum cor-
porum potentiam hostes sunt pau-
ci uel multi. si hostes sunt
uel pauci construenda
est acies secundum formam forfi-
cularem ut acies sit apta
ad modum forficis et quasi
forficare adversarios ut di-
cit in medio capiat et concludit.
Si vero hostes sunt multi con-
struenda est acies secundum for-
mam quam appellant cune-
um secundum figuram pirami-
dalem et acutam ut possit
hostes scindere et dividere.
Nam divisis hostibus

facilius debellatur acies quo constructa in forma rotunda utilis est ad sustinendum in forma vero forficulari est utilis ad invadendum et concludendum hostes paucos sed in forma acuta et piramidali utilis est ad scindendum et dividendum cum hostes sunt plures. Secundo quod construere aciem construendum est secundum multitudinem pugnatorum et prout plures aut pauciores pugnatores viderit se habere poterit plures aut pauciores acies construere. Tercio quod semper in circuitu aciei et in loco ubi maius periculum est ne acies confundatur apponendi sunt probiores pugnatores qui possint viribus dimicare. Quarto est advertendum quod in qualibet acie preter numerum pugnatorum constituentium aciem reservandi sunt aliqui strenui bellatores extra ipsam aciem qui possint ad illam partem succurrere ubi viderint magis aciem deficere. Hec ergo tria observanda sunt in constructione acierum. Primo ut acies bene ordinentur secundum formam rotundam acutam et forficularem ut requirit bellum committendum. Secundo ut probiores bellatores in illis partibus aciei apponantur in quibus magis periculum est confundi et preparari acies. Tercio ut extra quamlibet aciem reserventur aliqui milites strenui et audaces qui possint succurrere ad partem illam circa quam viderint aciem titubare et deficere.



Ostenso quomodo sunt acies ordinande et construende reliquum est ostendere quomodo pugnantes percutere debeant utrum eligibilius sit percutere cesim vel punctim. Possumus autem quinque viis ostendere quod derelinquendi sunt percucientes cesim et eligibilius est percutere punctim. Prima sumitur ex prohibitione armorum. Secunda ex resistentia hostium. Tercia ex profunditate vulnerum. Quarta ex fatigatione membrorum. Quinta ex acceptione percucientium. Prima via sic patet. Nam quando ensis sive gladius plus capit de armis tanto propter armorum resistentiam difficilius itur ad carnem. Unde est quod bellatores experti debellare pugilatores oportet debere habere loricas amplas ut amplis loricatis se construngant quod quando illi amnli sunt

magis comparati tanto quod
quo eis plures frangere ut
volunt nocent sic quod per-
cutientes caesim quod plus de
armis incidere quam percutien-
tes punctim ut ergo volunt
preciant citius ad tamen
magis est eligibile percutere
punctim quam caesim / modica
enim armorum incisio sufficit
ad ledendum tamen percu-
tiendo punctim quod non sufficit
si percutitur caesim Secunda via
ad investigandum hoc idem
sumitur ex resistencia ossium
nam et si quis quasi [illegible]
assereret in percussione caesim
pervenitur ad cor vel
ad membra vitalia opor-
teret magnam plagam facere
et multa ossa incidere Sed per-
cutiendo punctim due un-
cie sufficiunt ad hoc quod vel
fiat quod fiat plaga mortalis
et sit letale vulnus Consi-
derare quidem debemus quod quic-
quid est hasti [illegible]
quod huiusmodi est nobis preferendum
ideo in conflictu ubi queritur
mors adversariorum percutiendum
est punctim quod sic feriendo
citius infligitur plaga
mortifera Tertia via su-
mitur ex prudentia vel-
licet non cauto hostis ma-
gis volunt providet magis
ut se protegere et citius potest
illa vitare quod ictum per-
missa cuiuslibet in per-
cutiendo autem caesim quod oportet
fieri magnum brachiorum
motum prius instigatur
plaga adversarius ex con-
gruo se protegere volunt
ideo magis potest sibi cavere
et cooperire se ab ictibus
Ideo alii vehemens quod
punctim percutere adversarium
senciat antequam videat Unde
hoc genere percutiendi potissime
usi sunt Romani Docebant
enim Romani milites omnes
percutientes caesim quod et ipsi
non volebant percutere punctim
Quarta via sumitur
ex fatigatione membrorum
necessaria enim in bellis est
hoc potissime attendendum
ut pugnatores absque nimia
sui fatigatione possint nimis
adversarios ledere Nam si bel-
lantes nimis se fatigarent
non valentes laborem illum
tollerare de facili diminuitur
acies et convertunt in fugam
quare cum percutiendo caesim per
magnum motum brachiorum
insurgit ibi magnus
labor punctim vero feriendo
modica fatigatio sufficiat
Eligibilius est percutere pun-
ctim quam caesim Percussio enim
caesa quantovis impetu veni-
at raro occidit Sed puncta
modico impetu inflicta
facit letale vulnus Quinta

via sinuitur ex directo pro
ne percutientis Nam bo-
nus bellator si potest
sic debet adversarium lede-
re ut tamen ipsum ipse non ledatur
Omnis igitur ille mo-
dus percutiendi est ma-
gis eligendus Secundo quanto
feriens minor lesio per
accidens sequitur ex percutiendo
punctim et recto corpore
possit minus adversarius
ledi ascelius (?) et punctim puncti
quod cesim percutiendo. n(am) cesim
quod elevato brachio dextro quo
elevato dextrum latus nuda-
tur et discooperitur et dat hosti ma-
teriam ut possit nos facilius lede-
re Nam levius infert lesio et no-
cumentum cor(pori) nudato quam
tecto

Ut dicebatur supi-
us quod hosti est pro-
ficuum nobis est no-
civum Quarto quia
igitur reddunt hostes
fortiores ad resisten-
dum bellantibus
quia ea sunt proficua eis eorum
opposita sunt eis nociva
et reddunt eos debiliores ne
possint impugnantibus resistere
Quinto autem ad propositum spectat
possumus enumerare per que
hostes sunt fortiores contra
impugnantes Primum est si sunt
in acie debite ordinati Nam
virtus unita ut supra

tangebatur fortior sit se ipsa
dispersa si hostes sunt bene uniti
et debite in acie ordinati si
invadantur difficilius devin-
cuntur Secundum quod reddit hostes
fortiores et ad resistendum est
locus Nam in uno loco hostes
fortius se tuentur quam in alio
Nam in transitu fluminum inter
precipicia montium et inter diffi-
cultates viarum si contingat
hostes in tali situ reperire di-
fficilius se defendere poterunt
hoc quod eos sparsim incedere oportet
sicut locus ineptus defensioni
si in eo hostes inveniantur
reddit eos debiliores ad bellandum
sic locus aptus facit eos po-
tentiores ad resistendum Tertium
est ipsum tempus Nam tempus
in quo ventus est contrarius ho-
stibus et in quo pulvis fa-
ciei eorum percutit et in quo
solares radii opponuntur
eorum oculis difficilius possunt
hostes resistere tempore vero
in quo hoc modo se habet
hostes abiliores sunt ad pu-
gnandum Quartum quod reddit
hostes magis animosos et
magis promptos ad remittendum (?)
est provisio quia quanto prius sunt
et prius adventum pugnatorum
magis se muniunt et minus
terrentur ex eorum occursu Quintum
autem est debita et moderata
quietatio Nam quanto hostes sunt
lassati laboribus vigiliis

et incomoditatibus aliis si tunc
invadantur facilius devin-
cuntur. Sed si debite quiescerent
debita quiete quietes hostes pote-
tiores reddit. Sextum est amor
et concordia ipsorum. Nam hostes
divisi corporaliter facilius de-
vincuntur, multo magis divisi
animo et voluntate debella-
telerimus quia maior est divisio
animorum quam corporum. Et e con-
verso si hostes non sunt sparsi
secundum corpora sed coniuncti potentio-
res ad bellandum sunt, et mul-
to magis si se diligant et sint
coniuncti animo et voluntate,
quia de se ipsis magis confide-
runt viriliores et promptio-
res ad pugnam. Unius enim
amor est quedam vis unitiva
et plus amor unit amantium
corda quam loci unitas existen-
tium corpora. Quare si unitas
loci est congregatos bellantium
eos potentiores facit, amor
et unitas cordium eos viri-
liores reddit. Septimum quod
facit hostes potentiores ad re-
mittendum est latentia ipsarum
conditionum existentium circa
ipsos. Nam quanto conditiones
hostium melius sciuntur, tanto
facilior eligitur via qualiter
debeant impugnari; quanto
vero eorum negotia magis sunt
latentia, magis ignoratur
impugnandi modus. Enumeratis
itaque que reddunt hostes

potentiores ad remittendum
de facili patet per quod et
qualiter bellantes suos hostes
invadere debeant. Nam cum
septem modis enumeratis hostes
fortiores existant, eo modo
opposito se habent sic invaden-
di et debellandi. Primo igitur
dux belli per insidias vel
aliquem alium modum debet
diligenter advertere quando hostes
sunt dispersi et tunc debet eos
invadere, quia non habebunt
potentiam resistendi. Secundo
debet diligenter explorare
eorum itinera ut et transitus
fluviorum et precipitia montium
et angustias silvarum, diffi-
cultates paludum et viarum
se hostibus opponat, quia sic fa-
cilius devincentur. Tertio debet
aspicere ad ipsum tempus ut
quando sol reverberat ad oculos
hostium, pulvis et ventus
repercutiuntur ad eorum vultus,
tunc debet eos invadere, quia
oculis ipsorum disgregatis a sole
et offensis per ventum et
pulverem non bene videre pote-
runt. Quarto debent dimittere
postquam exibit eos fugam eligere.
Quinto dux existens per se tentare
debet ut tali hora suos
commilitones faciat cibum
capere et requiescere, et eorum
equos pausare, ut possit
invadere hostes ex improviso
ut eos invadat. Sexto cibum

rapint vel qui dormiunt
qui sunt securi existentes
inermes natantes / dis-
calciati distracti equis vel
suspicantes eorum adventum
Quinto debet diligenter explorare
quando hostes magnam fecerunt
dietam sive fatigati sunt las-
satos equos tunc n si eos
invadere poterunt de facili terga
vertent Sexto secundum vegecium
debet dux belli inter
suos hostes et inimicos vel
per se vel per alios mittere dis-
sensiones et invidia commove-
re eos ad lites vel ad inimi-
ticiam ut de se invicem non
confidant Hoc n facto si
eos invadat non habentes
fiduciam de se invicem de facili
committentur in fugam / Sed
hec cautela licet ponat eam
vegecius non multum est appetenda
quia repugnat bonis mo-
ribus Septimo debet diligen-
ter explorare condiciones
hostium qualiter se gerant
qualiter se habeant quis est
dux eorum de quo dux ille
magis confidit quos mo-
res habeat / nam explorata
condicionibus singulis facilius
inveniet viam qualiter debeat
hostes invadere et debellare

Dixinus in quodam
capitulo predicto
per precedentem
precium non ce-
ssum esse in quo
doctrina / milites
et si milites cum hoc ante
talem specialem doctrinam pedi-
tibus volumus tradere qualiter debeant
stare cum volunt hostes preter
percussionibus autem / hostium
dux est modus unus a re-
motis ut tum iaciendo ia-
cula vel missilia adversarios
feriunt Alius autem cum adeo
appropinquant quod manu ad ma-
num se percuciunt / aliter autem
debent stare bellatores / viri-
tum a remotis iaculant a iacunt
et alii cum approximant se feriunt
per iaciendo iacula / a
remotis debet habere pedes
sinistros ante et dextros
retro / Nam causa quod est in alio
principium motus principa-
liter consistit in parte dextra
ita quia pars dextra in aliquibus
forcior est in movendo et
apcior est ad motum / Et quia
semper mobile innititur
alicui immobili ut si mo-
veretur manus innititur brachio

statim si movetur brachium in
nititur corpori quiescenti et si
movetur unus pes innititur
alii pedi non moto oportet
enim movetur pes dextra
innititur parti sinistre quie-
scenti. Cum igitur pes sini-
ster anteponitur et latus dex-
trum elongatur optime disponi-
tur ad iaciendum iacula et mis-
silia quia quiescit in sinistra
et movetur dextra vibrans
ipsum iaculum quo vibrato
vehementius movet aerem
et fortius ferit. Licet enim
tamen secundum partem dextram quam sini-
stram possimus quiescere et mo-
veri dextra tamen aptior est ad
movendum et sinistra ad quie-
scendum. Ideo proicientes a re-
motis debemus quiescere super
sinistrum pedem antemissum
et elongare nos cum dextro
ut possemus vehementius
impellere et vibrare iaculum.
Sed quando manu ad manum pu-
gnatur gladio debemus econtrario
nos habere itaque quod pedem dex-
trum teneamus ante et si-
nistrum post. Item quia latus dex-
trum aptius est ad motum
si illud sit hosti propinquius
racione motus poterit melius
ictus effugere. Vehementius
enim percutitur quod stat quam quod
movetur. Rursus si dextrum
latus sit hosti propinquius
citius poterit ipsum percutere
debent enim pugnatores cum
ad manum pugnant tenere
debent pedem sinistrum
immobilem et cum volunt
percutere cum pede dextro debent
se ante facere et cum volunt
ictus fugere cum eodem pede
debent se retrahere. Sic itaque
tenendo pedem sinistrum
immobilem et cum dextro se
movendo poterit facilius
hostes percutere et eorum ictus
facilius fugere. Viso quomodo
debeant bellantes stare
si debeant hostes percutere
videre restat quomodo sint hostes
includendi et tradendi sci-
endum ergo quod raro aut nunquam
sic includendi sunt hostes in
pugna publica quod non pa-
teat eis aliquis aditus
fugiendi quia tunc desperantes
quasi necessitate compulsi
efficiuntur audaces virtutes
et se necessario morituros
possunt multa mala committere
in eos qui contra pugnant. Unde
est quod laudat Scipionis
sententia dicentis nunquam
sic claudendos esse hostes
quod non pateat eis aditus
fugiendi. Nam fugientibus
hostibus non est periculum et in
fuga perditur multi absque
nocumento persequencium si
cum se vident quasi coacti

ferimnt includentes Cum
quod supra diximus formandas esse
aliquas acies secundum forma forfi
cularum ut quando hostes sunt pau
ci ad hoc quod melius includantur
et trucidentur ideo sit intelligendum
est quod ita debeant trucidari
quod nullus debeat aditus pa
tere nisi forte esse alto pau
ci quod quicumque debellare
rebellare vellent nullum pos
sent nocumentum efficere. Dux
itaque qualiter debeat stare pu
gnantes si velint hostes per
timere et qualiter eos debeant
trucidare. Restat nunc tertio de
clarare qualiter sit declinandum ab
pugnam declinandus si non
habeat consilium ut vitat
pugnam bonum committere eo quod
hostes sunt fortiores et non
possumus illis resistere in quo
quidem ad plus spectat debet
dux belli duplicem habere cau
telam. Prima est quidem ad ex
ercitum proprium nam et si dux
consilium habeat non esse pu
gnandum debet hoc valde pau
cis patefacere et non debet id
toti exercitui pandere ne timore
turpiter fugiet et ab insequen
tibus hostibus occiduntur. Dux
itaque pro hoc debet quod
non credat exercitus quod velit
fugere sed quod alibi velit
parare insidias et quod contra
hostes velit acriter dimi
care. Secunda cautela adhibe

da est ex parte exercitus hostium
nam pro debet declinare bellum
ut hoc hostes lateat. pro multo
tempore nocturno potius quam
diurno hoc agunt et plures
haut habent cautelam quod mi
lites stantes in acie ex opposito
hostium prohibent eos ne pedi
tes videre possent prius ad pede
stris pugna latenter recedit
quia recedente equites propter acies
melius prius vitant hostium
persecutionem. Est quod abutendum
quod quando declinatur pugna
nunquam acies sit debet dividere
quod si contingeret hostes inse
qui fugientes a bello plures
occident et maius nocumen
tum eis inferrent fugientibus
quam si se unirent et debellarent.
Debet enim dux belli inquirere
utrum sit aliquis locus propinquus
ad quem possit confugere exerci
tus si fugaretur ab hostibus

Videntur omnia bel
la ad quatuor
genera reduci scilicet
ad campestre ob
sessivum defen
sivum et navale
Bellum autem campestre dicitur
omnis pugna facta in
terra quando bellatores ad in
vicem pugnant absque mu-

nitorum media quanto tamen huiusmodi
pugna magis est a munitio-
nibus separata tanto est magis
campestris et magis periculosa
Secundum genus pugne dicitur obses-
siuum quando bellatores sunt
tante potencie quod non expectant
ut hostes de munitionibus
exeuntes vadant bellare ad
campum sed ipsas munitiones
hostes invadunt et obsident
eos tale genus pugne congruo
nomine dicitur obsessiuum Est au-
tem tercium genus pugne quod de-
fensiuum vocatur quia sicut
contingit pugnatores aliquos
in tanta multitudine esse et tanta
fore potencia ut non expectent
hostes exire ad campum
sed ipsas munitiones obsidant
et invadant et invadunt
Sic contingit aliquos esse
adeo paucos et tam debiles
ut non putant in campo
resistere posse impugnantibus
Ideo se in munitionibus clau-
sos tenent et sufficit eis
quod possunt munitiones deffen-
dere si contingat eas ab hosti-
bus impugnari tale genus
pugne quo quis deffendit
munitiones et castra dicitur
deffensiuum Nam et si in
omni pugna est aliquo modo
invasio et deffensio attamen
tunc quis obsidet munitiones
et castra magis dicitur alios
invadere quam se deffendere

in pugna quod obsessiua
magis est invasio quam
deffensio In bello vero quo
quis se tuetur in muni-
tionibus et castris magis
est ibi deffensio quam invasio
ideo tale genus pugne merito
dicitur deffensiuum Quartum
autem pugnandi modum dicimus
navale quia sicut contingit
esse pugnam in terra sic et
contingit eam esse in
aquis immo horribiliores
et periculosiores sunt pugne
aquatice quam terrestres huiusmodi
autem pugne in aquis fieri con-
tingentes conditionis aque
ille existant navales di-
cuntur Quare cum sint
quatuor genera pugnarum
postquam diximus de campestri
restat dicere de obsessiua
deffensiua et navali Con-
tingit aliquos reges et prin-
cipes pugnare omnibus hiis
modis pugnandi Nam aliquando
committunt campestre bellum
aliquando vero obsident munitiones
et castra Contingit etiam reges
aliquos invadere munitiones
eorum propter quod oportet eos uti
pugna deffensiua Amplius
in principatu et regno
contingit esse portus et terras
maritimas iuxta mare
sitas propter quod ne portus
destruantur et ne fiat p

eos ab hostibus inimicis invadi
et ne terre maritime impu-
gnentur expedit regibus et
principibus aliqua ordinare
bella navalia. Dicto itaque
de bello campestri et aliis
generibus bellorum est dicendum
verum quia de campestri pugna
diffusius diximus et de cau-
telis bellorum multa diffu-
sius tamen per ea dicta circa
huiusmodi bella possunt cautele
haberi quas quilibet debet scire
non oportet circa alia bellorum genera
diutius immorari. Primo
nunc dicendum de bello obsessivo.
Viso ergo quot sunt bellorum genera
et dicto quomodo perficiatur bellum campe-
stre campestre. Post hoc de pugna
obsessiva. Cum per huiusmodi modum
pugnando contingat obtinere
et devincere munitiones
et urbanitates. Restat vi-
dere quot modis talia devin-
ci possunt. Est autem triplex
modus obtinendi munitiones
et castra, videlicet per sitim, famem
et pugnam. Contingit enim
aliquando obsessos carere aqua
adeo ut oporteat eos siti perire
vel munitiones reddere.
Quare diligenter excogitare
debent obsidentes munitiones
aliquas, videlicet per aliqua
ingenia vel per aliquam
industriam possit ab obsessis
accipi aqua. Nam multotiens
evenit aquam a remoto
principio decurrere usque ad
munitiones obsessas. Quare
si in illo fontali principio
destruatur fistula vel meatus
per quem currit aqua ad obsessos
oportet ipsos pati aque pe-
nuriam. Rursus aliquando mu-
nitiones sunt alte et aqua
non provenit usque ad eas sed
prope est a munitionibus re-
mota, debent obsidentes
adhibere omnem diligentiam
quod possint obsessis prohibere
aquam. Secundus modus im-
pugnandi munitiones est
per famem. Nam sine cibo
durare non possumus. Debent
obsidentes ut munitiones
obtineant passus viarum et
omnia loca per que possent
obsessis victualia deferri
custodire aliqualiter custodire
debent ne eis talia defe-
rantur. In huiusmodi modo et
obsessionibus multotiens et plus
affligit fames quam gladius.
Unde est quod multotiens obs-
identes volentes citius ob-
tinere munitiones si contingat
eos capere aliquos de obsessis
non occidunt illos sed per muti-
lationem membrorum eos reddunt
inutiles et postea eos remittunt
ad munitiones obsessas ut

ubi una cum aliis comeden-
tes apud illos obsessores
maiorem famem et inopiam
inducunt. Tertius modus ob-
tinendi munitiones est expu-
gnatio ut cum itur ad muros
et cum pugnatur civitatem
contra obsessos. Sed quare et
quot modis contingit talem
pugnam committere in sequenti
ca[pitulo] ostendetur. Ostenso
quot sunt genera bellorum et quot
modis devincende sunt mu-
nitiones obsesse restat ostendere
quo tempore melius est obsi-
dere civitates et castra. Sci-
endum itaque quod tempore estivo
antequam sunt recollecta blada
vina et alia per que subve-
niri potest inopie obsessorum
est melius obsessionem facere.
Illo enim tempore omnino devin-
cendi melius devincuntur
obsessi. Nam si per sitim sunt
munitiones obtinende me-
lius est facere obsessionem
tempore estivo eo quod tunc magis
desiccantur aque. Licet etiam
abundant cisterne pluvie
ut possint per cisternas
subveniri obsessis. Rursus
si per famem est castrum vel
civitas obsessa obtinenda
melius est obsessionem facere
estivo tempore antequam mes-
ses et vina sunt recollecta

quia si tali tempore consue-
verunt deficere fructus anni pre-
teriti quare si obsessi non ple-
gaudent fructibus anni adveni-
entis citius deficient in opia.
Amplius si per bellum et pugnam
munitiones sunt obtinende me-
lius est hoc agere estivo tempore.
Nam tempore hyemali abun-
dant pluvie replent fosse
aquis quare difficilius
impugnantur obsessi. Rur-
sus incommoditates temporis
magis molestant obsidentes
et existentes in campo
quam existentes obsessos ma-
nentes in domo vel [illegible]
obsessiones faciende sunt
tempore estivo vel si per
multa tempora obsessiones
durare debent saltem
inchoande sunt tempore
estivo priusquam blada vina
et alios fructus terre colligere
possint obsessi.

Si obsidentes
negligentes
fuerint et
non diligenter
se muniant
ab obsessis mo-
lestari po

terint vel cum contingit
obsessis per multa aliquam
durare tempora non est possibile
obsidentes semper eque pa-
ratos esse. Ideo nisi sin
minime contingit quod ex-
sistentes incauti cum fuerint
occupati sompno vel cibo
vel ocio obsidentes. Unde
qua necessitate dispositi re-
pente prorumpunt in ipsos
et succendunt tentoria ob-
sidentium obsidentium machi-
nas et aliquos multos ex
obsidentibus perimunt. Quare
obsidentes ut tuti perma-
neant longe a munitione
obsessa saltem per ictum te-
li vel iaculi debent
castra metari et circa se
facere fossas et figere ibi li-
gna et construere propugna-
cula ut si oppidani in eos
repente vellent invadere
resistenciam invenirent.
Viso quid se munire debent
obsidentes ne ab oppidanis
molestentur restat ostendere
quot modis impugnare
debent obsessos. Est enim vii
modis impugnandi communis
et publicus videlicet per balistas
arcus et per lapides emissos
manibus et fundis et
etiam per appositiones scalarum.
Non multum enim industrie
impugna si obsessi faciet

se ad muros et propugnacula
statim impugnant eos
cum balistis et arcubus
iaciunt quod ipsos lapides vel
cum fundis vel manibus
apponunt scalas ad muros
ut si possent ascendere ad
partes illas ut sint pares
illis. Sed tamen hos modos im-
pugnationis aptos est dare
triplicem impugnationis modum
non omnibus notum, quorum
unus est per cuniculos, alius
per machinas per machinas
iacientes lapides magnos
et graves. Et tertius est
per edificia impulsa usque
ad muros munitionis ob-
sesse. De omnibus itaque im-
pugnationibus dicemus. Et
primo de impugnatione per
cuniculos. Primo ergo per cuni-
culos id est per vias subterra-
neas devincuntur muni-
tiones. Debent ergo obsidentes
privatim in aliquo loco terram
fodere antequam locum tentorum
vel aliquod aliud edificium
debent apponere ne obsessi
videre possint nisi incipiant
fodere. Ubi enim fodiendo vias
profundiores quam sint fossae
munitionis de vincendo
perge usque ad muros mu-
nitionis predicte. Et si hec
si per lene est munitiones
capere. Nam hoc facto possunt
debent muros fodere et
supponere ibi ligna nostra.

tim cadat et tunc omnes mu-
ros vel tamen maximam partem
murorum sic suffoderint
et subputaverint si vide-
rint obsidentes quod per solum
castrum murorum possint
munitionem obtinere statim
debent apponere ignem in li-
gnis sustinentibus muros
et facere omnes muros
vel magnam eorum partem
se cadere et replere fos-
sas quo quasi ex inopina-
to terreantur obsessi ut
facilius deviniant opidum
Est etiam advertendum quod vie
sub terranee semper sunt mu-
niende tabulis et aliis ar-
tificiis ne cadat terra et su-
per fodientes terra et que
extrahitur de dictis fossis
est taliter abscondenda ut
ne videatur ab obsessis
et universis tamen ignibus ap-
ponitur ad ligna sustinentia
vel sustentamenta murorum
apponens Illi vero ignem
et existentes tunc ibi debent
se ad locum tutum fugere
ne ledantur per murorum
casum Sic ergo agendum est
in pugnatione per minutiones
tamen ad munitionem obtinen-
dam sufficit sola muro-
rum ruina Licet tamen hoc
creditur non sufficere nisi
existentibus subfossis et se-
putatis non tamen apponendo

dum est ignis Licet per talem
est ad maiores munitiones
et ad maiora menia ca-
stri vel civitatis obsesse
et similes vias subterra-
neas et similiter faciendum
est ita ea quod factum est
circa muros Rursus pre-
cedendum est dividendo vias
subterraneas ut per eas pos-
sit ingressus ad civita-
tem et castrum quod omnia latenter
fieri potest absque eo quod sen-
tiatur ab obsessis Licet non
sine difficultate et diu-
turnitate temporis possint
hec omnia fieri debito mod-
o compleri. Huius itaque sit pars
aliquo tempore necnon
vel in aliquo regno alio
ad pugnandum per appositionem
ignis fieri debet ut sic
cadant muri et munitiones
subfosse et per vias subterra-
neas fiat ingressus ad ca-
strum vel ad civitatem
et per aditum factum ex mu-
ris cadentibus reliqui de
obsidentibus ingrediantur
castrum vel civitatem obses-
sam et sic poterunt obtinere eam

Contingit autem plures munitiones aliquas obsessas super lapides fortissimos esse constructas vel esse circumdatas vel habere profundissimas foueas vel aliquo alio modo esse munitas et propter cuniculos et ipsius subterraneas vias [illegible] vel [illegible] difficulter obtinere possunt. Euenit etiam plures ut si munitio obsessa per vias subterraneas capi possit obsessi hiis presentientes fossiones impediunt [illegible] vel per ipsas fraudulenter et per insidias deuitantur. Quod quomodo fieri debeat ostendimus cum instruximus capitulo quo agetur de defensiua pugna. Etiam cum tractabimus qualiter obsessi se defendere debeant declarabitur qualiter obsessi cuniculos et alia machinamenta obsidentium debeant [illegible]. Quare si modus artis debet imitari naturam que semper faciliori via ad effectum procedit, vel cum per cuniculos vel ita munitos de facili impugnari possunt sicut per machinas lapidarias vel per edificia prope pulsa usque ad menia castri vel ciuitatis obsesse. Oportet talibus uti argumentis ut habeat intentum. Videndum est ergo quot sunt genera machinarum lapidariarum et quot sunt modi edificiorum et que munitiones impugnent. Machine autem lapidarie quasi ad quatuor genera reducuntur. Nam in omni tali machina est dare aliquid trahens et eleuans virgam machine ad quam coniuncta est funda qua lapides iaciuntur. Contingit autem eleuacionem virge aliquando fit per contrapondus aliquando vero non sufficit contrapondus sed vlterius cum funibus eleuatur virga machine qua eleuata eiciunt lapides. Si ergo per solum contrapondus fit proiectio, contrapondus illud vel est fixum vel est mobile vel est compositum ex vtroque. Dicitur autem contrapondus esse fixum quando in virga fixa est quedam capsa immobilis ad modum vasis plena lapidibus et harena vel aliquo alio graui corpore. Hoc genus machine veteres trabutium vocare voluerunt. Inter ceteras machinas hoc verius proicit quia contrapondus semper uniformiter trahit

Ideo semper cogitare impellit
tum habeat autem machina
quod certius percuti posset
certius
tum aliquod signum percutiendum
est per ipsum si nimis proicit
ad dextram vel ad sini-
stram vertenda est ad locum
contra quem iaciendus est lapis.
Si vero nimis alte proicit
vel elongada est machina
a signo vel in funda eius
apponendus est lapis gravior
quem tamen elevare non potest
si vero nimis infra vel
nimis basse appropinquanda
est machina vel allevi-
andus est lapis. semper enim
ponderandi sunt lapides
machinarum si determinate
proiciendum sit ad aliquod signum.
Aliud genus machina habet
contrapondus mobile et
adherens quasi flagellum vel
virgam ipsius machine et
hoc genus machine Ro-
mani pugnatores biffam
dicunt. differt autem hec a trabutio
nam quia contrapondus mobile
adheret virge machine
licet plus trahat ratione
motus non tamen sic uni-
formiter trahit. Ideo
plus proicit non tamen sic uni-
formiter et recte proicit et
percutit. Est autem et tertium genus
machine quod tripantum
vocant habens utrumque
contrapondus unum infixum
virge et aliud mobile se vol-
vens circa ipsam et hoc est
ratione ponderis infixi
rectius proicit quam biffa
ratione ponderis mobilis
se volventis longius emit-
tit lapidem quam trabutium.
Quartum vero genus machine
est quod loco contraponderis
habet funes qui trahunt
percutere et manu hominum
trahunt enim machina non
proicit ita lapides magnos
sicut predicta tria genera ma-
chinarum. Tamen non opor-
tet tantum temporis apponere ad
proportionandum huiusmodi
machinam sicut in machi-
nis prefatis. Ita quod plures
et spissius proicit hec ma-
china quam predicte. Bellator
qui obsidet castrum aut
civitatem aliquam si vult
eam impugnare per machi-
nas lapidarias diligenter
considerare debet utrum
magis possit inimicos
impugnare proiciendo re-
ctius vel longius vel
medio modo inter utrumque
vel etiam magis possit ob-
sessos offendere proiciendo
spissius et frequentius
illam prout viderit expedire

omnibus predictis machinis
vel omnibus predictis modis
pariendo vel aliquibus sine
aliquibus predictarum machinarum
castrum et civitatem obsessam
poterit impugnare si tamen
plenam notitiam habeat
de machinis de quibus
mentionem fecimus suffi-
cit scire quando et quomodo
per machinas lapidarias
poterit castrum inimicorum im-
pugnari. Nam cum machine lapidarie vel
est aliquid predictorum vel est
originaliter [illegible] expeditio
est contra adversarios quod die et
nocte per lapidarias ma-
chinas impugnari possunt
inimicos obsessos. Cum ergo intra-
ductum quando in nocte
percutiunt lapides emissi
a machinis semper cum la-
pide alligandus est ignis
vel titio ignitus nam per per-
cussionem ignita lapidis vel
ligatura apparere poterit qua-
liter machina percutit et
qualiter sive quanto ponde-
rosior vel minus est lapis in funda
machine imponatur

Tangebantur
autem superius
tres modi impu-
gnandi inimicos
obsessos quorum
unus erat per
cuniculos alius
per machinas tertius vero
per edificia lignea impul-
sa ad muros inimicorum
obsessorum. Dicto ergo de impu-
gnatione facta per cuniculos
et lapidarias machinas
Restat dicere de impugnatione
que fieri contingit per edifi-
cia impulsa ad muros vel
ad menia castri vel civitatis
obsesse. Huiusmodi autem edificia
quasi ad quatuor que
reducuntur videlicet ad arietes
vineas turres et musculos
vocatur autem aries testudo quedam
lignorum que ne igne combu-
ratur coriis crudis contectis
optime. Super hanc autem testudinem
sit cooperta corriis et fortiter
contexta ne lapidibus
obruatur. Intus autem ponitur
trabes cuius caput ferro ve-
stitur. Iste appellatur aries
quia ratione ferri ibi ap-
positi durissimam habet fron-
tem ad percutiendum. Huius-
modi trabes funibus vel ca-
thenis ferreis alligatur
ad testudinem factam ex lignis

et ad modum arietis se serva-
bit et per ea fortius muros
munitionis obsesse percutit et
disrumpit. Cum enim per huius-
modi trabem sic ferratam multis
ictibus percussus est murus
ita quod iam lapides existentes
in ipso incipiunt commoveri
in capite eius infigitur
quoddam ferrum retortum ad modum
falcis per quod lapides commo-
ti et conquassati excluduntur
a muro ut citius perforetur.
Valet autem huiusmodi edificium
ad impugnandum munitionem
aliquam dato quod aliquid
non possit pertingere usque ad
muros eius. Nam quod huius-
modi trabs caput habens
sic ferratum retrahit et im-
pingitur poterit percuti mu-
rus munitionis obsesse dato
quod tectura illa sub qua sunt
homines impingentes trabem
non pertingat usque ad mu-
rum. Est autem huiusmodi
tectura sub qua sunt homines
impingentes arietem sive
trabem optime munienda
ne viri illi sagittis vel la-
pidibus vel aliquo alio
ex aliqua parte possint offen-
di. Aliud autem edificium
est ad impugnandum mu-
nitiones obsessas quod vocant

vineam. Quidam autem huiusmodi
edificium cattum nominant.
Quod fit autem hoc cum tabule
grosse et fortes optime
colligantur et duplicantur
sive fit duplex tabulatum
ne lapides emissi possint
tale edificium frangere.
Cooperitur etiam coriis ne ab
igne possit offendi. Con-
suevit autem tale edificium
fieri in latitudine octo
pedum et in longitudine
xvi. in altitudine vero tot pedum
quot homines competenter
ibi possint existere. Huiusmodi
enim edificium tante quanti-
tatis vel etiam maioris est
optime undique muni-
endum et impellendum usque
ad muros munitionis
obsesse sub quo homines
existentes fodiunt muros
illos. Est autem hoc edificium
utile cum talis est munitio
obsessa quod usque ad muros
eius poterit tale edificium
impelli. Tercium genus
edificiorum sunt turres vel
castra. Nam si per arietes
nec per vineas capi potest
munitio obsesse accipi-
enda est mensura murorum
munitionis illius et cum
huiusmodi mensuram vel etiam

secundum altiorem constitutionem sunt lignee turres vel castra que regende sunt trunc coriis ne succendantur ab igne et cum hijs contra ligneis castris dupliciter impugnatur municionis obsesse sed iactus lapidis Nam si altitudo castrorum excedit altitudinem murorum et tunc turricularum et propugnaculorum existentium in ipsis sic se habebunt existentes in castris ad existentes in municionibus quomodo stant existentes in municionibus ad eos qui sunt in basso et in terra Rursus in singulis castris ordinantur pontes cadentes per quos itur ad muros municionis obsesse Altitudo autem murorum dupliciter potest accipi primo per umbram uel lene filum cuius nota sit quantitas ligandum est ad sagittam et proiciendum usque ad muros municionis et in quantitate cuius sciri poterit quantitas umbre / in illa ergo hora in qua accipitur umbre quantitas erigendum est aliquod lignum in altum faciens tantam umbram et secundum altitudinem illius ligni erit altitudo murorum Verum quia non semper sol splendet et facit umbram sed aliquando tegitur nubibus dabimus alium modum accipiendi altitudinem cuiuslibet edificij et quorumlibet murorum accipiatur autem aliquod lignum vel tabula aliqua ad quantitatem alicuius hominis et iste homo ad cuius quantitatem accepta est tabula illa iaciat se ad terram et ad pedes eius ponatur predicta tabula et uersus aspiciat per summitatem illius tabule et si uisus eius protendit magis alte quam sit edificium cuius altitudo inquirenda est trahat se magis prope edificium illud et si uisus protendat magis basse tunc tabula se existente ad pedes et sic iacens in terra elonget se ab edificio predicto donec per summitatem tabule punctualiter videat summitatem eius Nam ut probari potest geometrice quanta erit distantia a capite hominis sic iacentis usque ad edificium illud tanta erit edificij altitudo Possent tamen mensure talium altitudinum accipi per regulas traditas astralabio et quadrante / sed de hoc nobis non sit cure / sufficiat autem de talibus ad presens tanta dixisse quanta sufficiunt ad propositum De multis ingeniis edificiorum vocant musculos

sunt enim musculi quedam edificia
parva sub quibus teguntur
homines trahentes vel im-
pellentes castra usque ad me-
nia municionis obsesse pos-
sunt autem per huiusmodi musculos
quasi continuari castra usque
ad municionem obsessam quod cum
factum est utilitatem est in pu-
gna municionis illarum in castro
sic edificato ad municiones
impugnandas est tria consi-
derare unam partem superiorem
excedentem muros et turres
municionis capiende et partem
quasi mediam ad quam ap-
plicantur pontes cadentes super
muros illos et partem infimam
ad quam applicantur musculi
sub quibus sunt homines trahen-
tes vel impellentes castra
tunc quod castrum illud appli-
catur quantum debuit ad mu-
ros municionis obsesse illi
qui sunt in parte superiori
debent per lapides et sagittas
eos qui sunt in muris [illegible]
in [illegible] sunt in parte media
debent pontes dimittere et in-
vadere muros sed qui sunt
in parte infima et sub mu-
sculis si possunt ad muros
accedere et eos suffodere ut
[illegible] et sic obsidentes intrare
possint obsessam municionem
Sunt [illegible] baliste arcus

machine lapidarie et omnia
talia congrue gaudia ut [illegible]
[illegible] fienda sunt tunc mu-
ros percuciant quanto in
pluribus modis simul mu-
nicio impugnatur tanto
plus terrentur obsessi et
citius capiuntur

Postquam diximus de
bello campestri
et determinavimus
de bello obsessivo
docentes obsidentes
municiones et ca-
stra quomodo debeant
ea obsidere et debellare in
parte ista determinare volu-
mus de bello defensivo ut
postquam docuimus obsidentes
qualiter debeant invadere ob-
sessos volumus docere ipsos ob-
sessos quomodo se debeant defendere
ab obsidentibus. Primo autem
quod maxime facit ne obsessa
civitas devincatur ab obsiden-
tibus et quod maxime facit
ut obsessi faciliter possint de-
fendere municionem aliquam
esse scire qualiter edificata
sunt castra et civitates
et municiones tales ne faciliter
impugnentur. Sunt autem
quedam in huiusmodi edifica-
tione consideranda propter que

munitiones fortiores existunt et difficiliores ad capiendum. Primo quia fortificant munitiones et sunt sic difficiliores ad debellandum ex natura loci. Secundo ex angularitate murorum. 3° ex turrium propugnaculis. 4to ex fossatis. Ex natura quidem loci urbes et munitiones existunt fortiores si edite sint in preruptis rupibus vel in locis eminentibus et inaccessibilibus aut si mare sit circa eas vel paludes aut flumina circumdant ipsas. Quod a principio cum edificande sunt munitiones defendende sive ab exteriori pugna et ab obsidentibus considerandum est natura loci, ut in tali loco edificetur quod ex ipso situ fortiores existant. Vel si non vacat munitiones de novo edificare et aliqui timentes iram dominorum aut domini metuentes furorem populi volunt se tenere in munitione aliqua si adsit facultas querenda est munitio que ex ipsa natura loci fortior existat et difficilior ad impugnandum. Secundo urbes et munitiones sunt difficiliores ad impugnandum ex angularitate murorum. Nam si munitio muros

habeat angulares si contingat obsidentes ad muros accedere ut munitionem devincant obsessi facilius se tuentur ab illis et levius offenduntur ab obsidentibus. Nam propter angularitatem murorum non solum ex parte anteriori sed etiam a latere et quasi ex parte posteriori sentiunt impugnatores murorum illorum. Fingendi itaque sunt muri angulares ut munitio fortius defendi possit. Tertium quod reddit munitionem difficiliorem ad capiendum dicitur esse terrata vel muri ex terra facti. Nam in munitione fienda non solum est querenda bonitas situs et angularitas murorum sed circa munitionem illam edificandi sunt duo muri equaliter distantes et intra spatium quod est inter illos duos muros includitur ponenda est terra que fodienda est de fossatis que fiende sunt circa munitionem illam vel si aliunde terra apportanda est ponenda in illo spatio intermedio. Est enim huiusmodi terra intra illud spatium posita ita densanda vel densata quod ad invicem conglutinetur ut efficiatur quasi unus murus. Contingit enim terre muros ex terra facere si bene condensentur propter quod non est inconveniens fingi circa muros de terra densata

valet ad hoc constitutio talium
murorum ad defendendum mu-
nitiones nec de facili possunt per ma-
chinas lapidarias frangi dato
enim quod per huiusmodi machinas tota
murus exterior rueret mu-
rus constitutus ex terra quasi
absque lesione suscipiet ictus
machinarum quia cum lapis
eiectus a machina percutit
ad huiusmodi murum propter mol-
litiem eius cedit terra et
recipit lapidem illum quasi
ac si ibi esset fabricatus deceptum
est enim muros ex terra con-
stitutos deceptat minus ledi
a machinis quam muri alii
debet quilibet murus talis ex
terra factus esse grossus quia
tunc absque lesione suscipiat
lapides emissos a machi-
nis. Quartum quod facit
munitiones fortiores sunt
turres et propugnacula facta
in ipsis muris Constitu-
ende sunt turres et pro-
pugnacula ut munitio le-
vius defendi possit maxime
autem ante portam quibus ipsa
munitio decipi timetur ne
ad eam accedant obsidentes
fiende sunt turres propugna-
cula et ante huiusmodi por-
tam ponenda est cataracta
pendens annulis ferreis un-
dique vel ferrata prohibens
ingressum hostium et incendium
ignis nam si obsidentes
vellent portas munitionis
succendere Cataracta est
autem ante portam prohi-
bebit eos Rursus super
cataractam debet esse murus
perforatus recipiens ipsam
per quam locum poterunt pro-
iici lapides et emitti post
aqua ad extinguendum
ignem si contingeret ipsum
ab obsidentibus esse appositum
Quintum quod facit munitiones
magis inaccessibiles
et fortiores est latitudo et
profunditas fossarum que
si assit replende sunt
aquis Nam ex hoc modo
sunt munitiones diffi-
ciles ad capiendum Dicen-
dum est a principio
ab hiis qui volunt mu-
nitiones defendere ab obsiden-
tibus eos ut in munitionibus
illis omnia hec et plura
que ista servant adhibeant quatenus
facilius defendantur

Non sufficit scire quando ciuitates que sunt munite vel et quales muros debent habere et quo debent esse site nisi sciat quando sunt sunt muniende et quo ut non de facili deuinci possint. Dicebat enim supra explanatum esse modum deuincendi munitos videlicet per famem sitim et pugnam sit ergo munitio sic munitos obsesse ne aliquo horum trium modorum possint deuinci. Ne enim fame deuincant ea sunt attendenda videlicet ut frumenta avena ordeum et cibaria singula et vniuersa pabula que possunt de facili ad victum deportanda sunt ad munitionem obsessam quamquam obsidetur ab extraneis et si timetur ab obsessione ante collatorum fructuum de aliis locis propinquis sint talia adquirenda ne munitio obsessa ob carentiam victus possit pati defectum quantumque aut nisi per se ad munitionem deferri nisi deferret non multum est vtile castro vel ciuitati obsesse totum

est igne comburendum ne obsidentes superuenientes inde capiant emolimentum et ex bonis propriis munitorum obsesse impugnent ipsam. Si autem timeat de diuturnitate temporis ut quod per multa tempora debeat obsessio durare maxime munienda est ciuitas vel castrum obsessum multiplicia vel multum ut cetera minus possit et etiam plus durare propter copiam aut saltem non est permittenda. Sed multitudo multum est expediens munitioni obsesse eo quod ad multa sit vtilis. Credo in muniendo castro vel ciuitate obsidendam aliquam quantitatem ad victum non solum attendendum est ut magna copia victualium deferatur ad munitionem obsessam sed etiam ut victualia delata per temporatores et rogatores per familias dispensent. Unde si fieri posset si ciuitas obsessa esset magna et posset aliquando returpare victum in qualibet contrata ciuitatis victualia vendi deberent ad certa publica et parte et tempore per viros providos dispensare quia si munitio obsessa modica esset ambulatione hoc efficere non esset difficile. quasi enim nihil prodesset multo spacio victualium

nisi prece et cum temperamen-
to dispenset. Et eo utilius
est attendendum ut propter
debiles et inutiles non va-
lentes ad defensionem munitionis
obsesse proficere si commode fieri
potest sunt ad partes alias trans-
mittende tales. ut consumi
et comedi que debent bellato-
ribus conservari. Rursus si ti-
meatur de inopia victua-
lium bestie que sunt in muni-
cione obsessa a quibus obsessi
possunt commode abstinere sunt
occidende. et sunt comedende
vel salsande. si enim sunt
apte. immo in tali casu co-
medenda sunt multa que
ad esum vetat quis usus.
usus quod munitio obsessa
vitat ne capiat fame. De-
lent videri per qua se de-
beant habere obsessi ne de-
vincantur per sitim. nam ante-
quam aliqui eos obsidant pri-
dere debent quod ad talem mu-
nitionem portant in qua sit
aquarum copia quod si vero ibi
non fontes fodiendi sunt pu-
tei. quod si tali loco fit sicut
ut ibi nec putei fieri possunt
fiende sunt fosse ut celestium
aquarum super abundancia
suppleat aliarum aquarum defectum
quod si munitiones obsesse sunt
circa mare et non possunt
habere aquam nisi salsam
eo quod dulcem aquam habeant
distantem ad quam capiendam
prohibet obsidentes. tunc
mediante terra poterunt
dulcificari. Nam ut in problemate
in methevorum quicquid
ex aqua calida. et salita
per poros terre fit transit
totum in dulce convertitur.
defendentes et tela ad munitionem
obsidendam in magna co-
pia aceti et vini. ne ex
potu solius aque bellato-
res adeo debilitentur quod non
possint viriliter resistere
obsidentibus. Ostenso
que sunt remedia contra
famem et sitim per que ob-
sessa munitio devinci con-
suevit. Restat videre que
sunt remedia adhibenda
ne per pugnam obsessa
munitio devincatur. Debet
quod ad civitatem vel ad castrum
obsessum deportari in ma-
gna copia. sulfur. pix et
oleum ad comburendum ma-
chinas hostium. ferra vel
et ligna sunt ad munitionem
obsessam in debita abundan-
cia deportanda ut per
ligna hasta sagittarum et
telorum et alia edificia necessa-
ria munitioni fieri possunt
per ferra vero reparari possunt
arma et fieri tela et sa-

231

gite et alia p que impu-
gnantur valeant obsidentes
est tum multitudo servi utilis
ipsis obsessis ad destruendum
edificia et machinas ipsorum
obsidentium ut in sequenti
ca(pitu)lo apparebit. Saxa enim
torrentium in magna copia
sunt ad munitionem deportanda
que talia sunt solidiora et
apta ad iaciendum. Ex hiis
quoque replenda sunt muri et
tectes munitionis obsesse tal-
tem etiam pulverisata
deffundenda que ad ipsam mu-
nitionem in magna abundan-
tia et ex ea replenda sunt
multa vasa. ut cum obsiden-
tes appropinquant muris mu-
nitionis iacienda sunt vasa
illa quibus fractis pulvis
illius subintrat obsidentium
oculos et adeo offendunt
eos ut quasi ceci et non
pruti possint ne armorum tum
copia et funium utilis est
munitioni obsesse propter ba-
listas et arcus et alia
preparanda. Qui si nervi defi-
ciant loco eorum adhiberi
poterunt crines equini vel
capilli mulierum. Recitat
enim Vegetius quod cum Romanis
nervorum copia defecisset et
non possent machinas pa-
re ad resistendum bellatori-
bus mulieres romane
abscisis crinibus eos suis ma-
ritis tradiderunt per quos
machinis reparatis adversariorum
impetum repulerunt. Ma-
luerunt ut ait Vegetius
ille pudicissime femine
deformatum maritis vivere
capite quam simul hostibus
integris crinibus. Sunt
tum ad munitiones depor-
tanda cornua bestiarum
ad formandum balistas et ar-
cus et coria cruda ad te-
gendum machinas et alia
edificia ne ab adversariis
per incendia comburantur
hiis itaque cautelis et per ea
dicta sunt resistere poterunt
obsessi ne eorum munitiones
per pugnam ab obsidentibus devincantur.

R
ememerabantur
supra tres propalos
modos impugnandi
munitiones
obsessas quorum
unus erat per cuni-
culos et vias subterraneas
alius per machinas lapida-
rias et tertius per edificia
impulsa usque ad menia

castri vel civitatis obsesse quae
si dominus presentes obsidentes
invadere obsessos voluerint, ut de-
clarendum quo obsessi a predictis
impugnationibus contra obsidentes
se defendere valeant. Primo ergo
dicemus de remediis contra
impugnationes per cuniculos.
Possumus autem circa hec duo re-
media assignare. Unum est per
profunditatem fossarum repletarum
aquis. Nam si circa munitionem
obsessam sint profunde fovee
aquis replete impediunt
obsidentes ne obsessos im-
pugnare possint per cuniculos
et vias subterraneas. Dato
tamen quod fosse aquis repleri
non possint si sint valde
profunde et palustres sufficient
impedire subterraneas
vias quare hec quae impugnatores
impugnant vel invadunt muni-
tiones obsessas nisi dicte vie
subterranee profundiores sint
fossis. Munitio ergo defendenda
vel est supra firmam petram
et tunc propter duritiem lapidis
non facile est per cuniculos
debellare eam. Vel est supra
petram de facili delebilem
aut supra terram quae de facili
fodi potest et tunc per profundas
foveas est fortificanda
munitio ne per cuniculos
deprimatur. Secundum remedium
circa cuniculos et vias sub-
terraneas est facere in munitione
obsessa viam aliam obviantem
vie subterranee facte ab ob-
sidentibus. Si enim obsessa mu-
nitio foveas non habet profun-
das vel habet eas repletas
aquis propter quod timetur
de impugnatione per cuniculos
diligenter considerare debent
obsessi utrum ab aliqua parte
videant terram deferri et utrum
per aliqua signa cognoscere
possint obsidentes incho-
are cuniculos quod cum
perceperint statim debent
aliam viam subterraneam facere
convenientem illis cuniculis
ita tamen quod via illa pendeat
contra obsidentes et tunc
per viam illam sic preparatam
cum perceperint obsi-
dentes per viam illam munitionem
ingrediantur. Debent enim ob-
sessi iuxta inchoationem
vie subterranee habere magnas
vias plenas aquis vel
etiam urinis ut cum bellant
contra obsidentes debent
se fingere fugere et exire fo-
veam illam quo facto tota
aqua aut urina sic con-
gregata effundere debent
supra obsidentes existentes
in cuniculis. Temporibus
enim nostris multi obsidentes
sic perditi sunt. Quae

si hec agi sciunt fiunt ut deinde
reparatio impossibile ne iterum
fieri possit. Viso quomodo resi-
stendum sit debellacioni facte
per cuniculos restat videre quomodo
obsessi debeant obviare im-
pugnacioni facte per lapida-
rias machinas. contra has
autem quadrupliciter subvenitur
primo quia aliquando subito de muni-
cione obsessa exit magna
multitudo armatorum et invadit
machinas et si sufficiens exitus possit
fieri ad deffendendum eas suc-
cendunt ipsas. Secundo per ministros
ipsarum obsessi debent vel aut oc-
culte clam de nocte per muros
aliqui ligati funibus emittantur
qui absconse ignem portan-
tes absque eo quod alii percipiant
machinas incendunt. Tercio
pacto trahunt funibus per
fines ad muros ipsas. Quarto
et tercius modus destruendi
machinas faciendo sagittas
quas appellant falaricas est autem
sagitta illa in medio quasi
habens quandam cavernam in qua
ponitur ignis fortis factus
ex oleo sulphure pice et
rasina. Ignem istum cum stu-
pa convolutum bellatores an-
tiqui ~~incendiarium~~ incendia-
rium vocaverunt. Hic nisi modi-
cum sagitta per balistam fortiter
emissa usque ad machinam
multotiens succendit ipsam

Quarto est modus resistitur
machinis lapidariis faciendo
alias machinas interius
proiciendo eas et destruendo
ipsas. Dicit tamen autem summum
remedium est postquam consti-
tuta est machina intrinse-
cus ei fundam de lateri-
lis ferreis vel tegetem de
ferro et iuxta machinam
illam constructam fabricatam
in qua aliquod magnum fer-
rum habeatur quod habet cur-
rum apponatur super funda-
tum de ferro textam de pecia
ad machinam aliam vel ad
quodcumque edificium ligneum
contra hoc in tota tenda
non valent ligna nec habent
resistenciam. Dicit enim edifi-
cium ligneum hoc modo com-
buri potest. Sunt autem et multe
alie particulares cautele
valentes ad deffensionem
contra lapidarias machinas
sed quia tales complete sub
enumeracione non cadunt presen-
tes indicas relinquimus.
Ostenso quomodo resistendum
est cuniculis et lapidariis
machinis reliquum est decla-
rare quomodo obviari debeat
edificiis aliis impulsis
ad menia impugnanda ab-
esse. Ad hoc autem valent que
diximus circa resistenciam
machinarum. Sed tamen sicut de-
sci prius lapidarie machine

per impetum insultum obsessorum
et per homines de nocte laten-
ter emissos et per sagittas defe-
rentes ignem sulphureum et per
machinas alias emittentes
lapides vel per fundas ex ferro
textas iacientes ignita ferra
sed omnibus hiis modis possunt
huiusmodi edificia lignea im-
pugnari. Summo autem est
contra singula huiusmodi edi-
ficia maxime valet quod per
alias machinas vel aliquo
alio modo ferra ignita iaci-
antur in ipsa. Possumus tamen
specialia remedia contra huiusmodi
edificia assignare ut contra
arietem constituatur super
[illegible] in trabem ferratam
proiicietur muros munitionis
obsesse propter conterere capitis
vocari arietem. Contra hoc
autem constituunt quedam ferrum
curvum dentatum cum dentibus
fortissimis et acutis et ligatum
funibus cum quo capitur ca-
put arietis vel caput illius
trabis ferrate quo capto vel
omnino aries ad superiora
trahitur vel ita suspenditur
ut amplius nocere non potest.
Unde et bellatores antiqui huiusmodi
modum ferrum vocaverunt lupum
eo quod acutis dentibus arietem
capiat. Contra castra vero
multum valet ferra ignita
adhibere tamen speciale remedium
contra ipsa. Quod si fuerint in
rotule et vie sub terranee et
etiam subfoditur terra unde
debet transire castrum quia
suffossa et castro demerso
in ipsam propter magnitudinem
ponderis oportet castrum iterum
construi eo quod non possit ex
fovea integrum removeri.
Contra vineas vero et musculos
etiam multum valet ignita ferra
quod si tamen contingeret per huiusmodi
edificia perforari muros
munitionibus obsesse tunc de hoc
dubitat autem sic fiat intra
illos muros erigant edificia
lignea vel si sit possibile edifi-
centur muri lapidei ut si con-
tingeret obsidentes intrare mu-
nitionem retineantur clausi inter
muros illos et non valentes
se defendere propter murorum altitu-
dinem lapidibus obruuntur.
Est tamen diligenter advertendum
quod aliquando obsidentes fingunt
se fugere et sic per insidias
invadunt munitionem obsessam.
Dicto non statim post recessum
hostium sunt inimicos dimittendi
et est custodia negligenda.
Sed investigandi sunt aditus
hostium ut quod palam habere non
potuerint per insidias et astu-
tias obtinere non possint

In hoc ultimo capitulo tractatus volumus aliqua de navali bello non tamen oportet circa hoc tantum insistere quia multa que dicta sunt in aliis generibus bellorum applicari poterunt ad navalem pugnam. Nam circa hoc pugnandi genus primo videndum est qualiter fabricanda sit navis. Nam navis male fabricata ex modica impugnatione hostium de facili perit. Sciendum ergo quod secundum Vegetium ligna ex quibus construenda est navis non sunt quolibet tempore incidenda. Nam mense Marcii et Aprilis in quo humor incipit in arboribus abundare non est bonum incidere arbores ex quibus fabricanda est navis. Nam tempore Iulii et Augusti vel in aliquo alio tempore in quo humor arborum desiccatur ad huiusmodi fabricam construendam incidenda sunt ligna. Rursus non statim incisis lignis ex eis fabricanda est navis sed primo arbores sunt dividende per thabulas et per aliquod tempus dimittende sunt ut desiccari possint. Nam si ex lignis viridibus construitur navis quando naturalis omnium humor comprimatur contrahuntur ligna et faciunt in navibus rimas quibus in navibus quasi nihil periculosius esse potest. Durum est enim intendere simul bellis navalibus et exponere se periculis ne propter rimas inundationem patiatur. Viso qualiter incidenda sunt ligna et quomodo refrenanda ut ex eis navis debite valeat fabricari videre restat quomodo in navi sic fabricata committenda sunt bella. Habet autem navale bellum quantum ad aliqua similem modum bellandi cum pugna terrestri. Nam sicut in terrestri pugna oportet pugnatores bene armatos esse et bene scire a percussionibus protegere et hostibus vulnera infligere sic et hoc requiritur in bello navali. Immo in huiusmodi pugna oportet homines melius esse armatos quam in terrestri quia tales pugnatores marini quasi fixi stant et modicum se movent melius sustinere possunt pondera armorum. Quare eorum arma tutiora et graviora esse debent. Possumus tamen quantum ad pugnam septem enumerare per que marini pugnatores hostes impugnare debent. Primum est ignis quem incendium vocant. Expedit enim eis habere multa vasa plena pice, sulfure, rasina, oleo que omnia tu

scrupra convolucta sunt. Haec enim
vasa sic repleta sunt succendenda
et proicienda ad naves hostium
quia fractis vasis franguntur
et illud incendiarium cohibuit
et succendit navem. Sunt enim
multa talia in navi proicienda
ut ex multis partibus possit
navis succendi. Et cum proiciuntur
talia, tunc est contra nautas
committendum bellum ne pos-
sint succurrere ad extinguendum
ignem. Secundo ad committendum
marinum bellum multum valent
insidiae. Sicut enim in terra po-
nuntur insidiae militum qui ex
improviso invadentes hostes
eos terrent et de facili vincunt,
sic in mari per aliquas insu-
las fiunt insidiae ut marini
pugnatores ex improviso irru-
entes in hostes eos facilius
vincant. Tertio est circa mari-
num bellum attendendum ut pro-
pugnatores naves faciant
circa profundum aquarum et naves
hostium impingent ad litus
quia pugnandi impetum perdunt
qui trahuntur ad terram. Quarto
ad arborem navis suspenden-
dum est lignum quoddam longum
ex utraque parte ferratum quod
ad percutiendum tam naves
quam nautas se habeat quasi
aries cum quo consueverunt
muri civitatis obsessae. Debet
enim sic ordinari lignum

illud ut [illegible] retinere
ipsum possit deprimi et elevari
quia hoc facto maior habetur
commoditas ut cum ipso percuti
possit tam navis quam consistentes
in ipsa. Quinto in bello nava-
li habenda est copia ampla
sagittarum cum quibus scin-
denda sunt vela hostium. Nam
velis eorum perforatis et non
valentibus retinere ventum
non tam possunt ipsi hostes
impetum habere pugnandi
nec prius sit faciliter recede-
re si velint declinare a bello.
Sexto consueverunt habere
ferrum [illegible] ad modum
falcis inscindens quod appli-
catum ad funes retinentes
velum statim incidit, ipsa autem
sit incisa et taliter [illegible]
ab arbore subtrahitur ab ho-
stibus ne sic pugnare pos-
sint quia per talem incisionem
velorum reddit navis pigri-
or et quodammodo inutilior ad pu-
gnandum. Septimo consueverunt
nautae habere uncos ferreos
fortes ut cum viderint se esse
plures hostibus cum illis
uncis capiunt eorum naves
et non permittunt eos discedere.
Octavo in navali bello hoc est
cautelo attendenda: ut de calce
alba pulverisata habeant
multa vasa plena quae
ex alto sunt proicienda in

in naues hostium quibus ex
impetu picatis et fractis
eleuatus puluis ut supra diximus
in bello terrestri et subintrat
hostium oculos et adeo offen-
dit eos ut quasi ceci videre
non possint quod in bello naua-
li est valde periculosum quia
ex omni parte bellantes in
tali bello vident sibi im-
minere mortem quare oculi
bellantium in tali pugna
ex puluere calcis sic offenduntur
ut videre non possint de facili
primuntur ab hostibus vel sub-
merguntur in aquis Nona
cautela est habere multa vasa
plena ex molli sapone que
cum impetu proicienda sunt ad
naues hostium et hec super lo-
ca illa in quibus contingit ho-
stes consistere ad deffendendum
naues Nam vasis illis con-
fractis in huiusmodi locis loca
illa per saponem liquidum
redduntur adeo lubrica quod ho-
stes ibi ponentes pedes
statim labuntur in aquis
Est autem et decima cautela
quasi periciosior omnibus
Nam reperiuntur aliqui ma-
rinarii qui diu sub aquis
durare possunt. Naute ergo de-
bent se serio ordinare con-
tra nauem hostium et clam
paterfaciem debent aliquos

emittere diu valentes durare
sub aquis qui accepto pene-
trali sub aquis debent accedere
ad hostilem nauem et eam in-
fimo perforare faciendo ibi
plurima foramina per que fo-
ramina ab hostibus reperi-
ri non possint cum per ipsa rece-
pit abundanter aqua qua abun-
dante et hostes et nauem
pariter periclitabit. Sunt autem
in bello nauali alia obser-
uanda ut sit ibi copia lapi-
dum et etiam ferrorum acutorum
que quasi sagittas iaciuntur
cum quibus nimium offenduntur
hostes. Sed cetera talia ex-
minus perita sunt sub nar-
ratione non tamen sufficiat
ergo cautele quas tradidimus
circa nauale bellum. Ostenso
qualiter sint ligna incidenda
ex quibus construenda est na-
uis et quis bellandum est in na-
uali bello. Relinquitur est ut de-
clarentur ad quid bella omnia
ordinantur. Bellum ergo iuxta philosophum
non bellamus ut bellemus
sed ut pacem habeamus. Per
ergo bellum generatia hominum
et ex cupiditate eorum ordinari
ad lucrum vel ad aliquam aliam
satisfactionem. Pre vel corrupi-
scentie bella enim si iuste ge-
rantur et debite fiant or-
dinanda sunt ad pacem
et ad quietem hominum et ad

que bo[m] Ita pt se debent
hec bella in societate ho:
minum sicut se habent
potiones et flebotomie in
corpore humano Naz sicut
in humano corpore sunt plures
humores sic in conuersacione
et in societate hominum
est dare plures personas et plu:
res homines et sicut quam:
diu humores sunt equati
in corpore et nec est ibi hu:
mor excessiuus non indi:
gemus nec potione nec fle
botomia Sic quamdiu homines
debite se habent et vnus
non iniuriatur alteri nec
sunt committenda bella qua:
re sicut per flebothomiam et
potionem superfluitas humo:
rum est eicienda per quam
turbatur sanitas corporis
Sic per bella sunt hostes coerci:
tandi et occidendi per quod
impedit quod bonum et pax
ciuium et eorum qui sunt
in regno Supposito ergo reges
et principes habere iustum
bellum et hostes eorum
iniuste turbare pacem et co:
mune bonum Non est incon:
veniens docere eos omnia
qua bellandi et omnem
modum per quem ha
possint suos hostes vin:
cere Quod totum ordina:
re debent ad commune bo:
num et ad pacem ciuium
paz si intendant quod bo[m]
et pacem ciuium merebuntur
pacem illam et nam in qua
est summa requies quam
deus ipse suis promisit fi:
delibus qui est benedictus
in secula seculorum amen



ולשכה אחת היתה שטפים היו מטהרים את הגלוות והרבין את הנירות ואת הזיו
המעשין׳ והיו עליהן די חטאת של לשכה היין ונקראת לשכת בית המעשין
כמים יוצין בחומת חויה׳ ועוד לשכה אחת היתה ששם היה כהן גדול ומתחקבית התשו
השויכה כשויה אבוקות והן שם יושבין ראשי סנהדריות וראשי הכונות ומתחקים
ערין ולכך נקרין חומת חויה ושם היתה חניית שכינה וזהו שיסד בחומת חויה בזיר
ומזיות וכולמילון שירות של לוים שהיו משוררים בבית המקדש׳ וכולו זה בית המקדש
כרין בנה בעתי כיתכולך והיה סוכת של הקב׳ וישרי וועד מילו המלאכים שותו ועדים
בוושר אחד כשורים והומים בהמולה בקולים כרין בקול המולה גדולה ומקדישן להק׳ וגם
ישר׳ עם עמ׳ שעונים בדמויה דקה והו בחשאי ומו׳ ברוך כבוד יי ממקומו ואין קול כי
במקומו שידים יודעין ולין רואים את כבודו לכך ומתיראים וקורין בקול המולה גדולה
כיום בקול דמויה דקה׳ עונים שסבורים הם שיש בקהל אנשים שכינתו של הק׳ ואין כמו ריקים
והרים הקול כלכך ולכך בחשאי מו׳ ברוך כבוד יי ממקומו וזהו שיסד בדמויה דקה
בזוהר דולקים׳ כמו׳ בקריאת הלוכי עם שרופים ודולקים כשלוחותו של הק׳ בזוהר כמו
והזהרות והזהרות אכירין כגלוריי בגין אילו ובני אדם שנקיין בגלם כרין בגלויי ואין שעין טוב
כתר שוא עשוי כל עיקר בגין זו יורש כרין כל מין ישנן ובריין ובני אדם חוטא כבירת
בחירתו זה ענין׳ כרין כי בחר יי בציון כי אוה למושב לו׳ ומעתה יושבכי
אויתה׳ עוזר אותו זה ירושלים כרין יורד קיר אותם שהיו הדום השכינה׳ אותו לשון
היקוע׳ כמו ויקוטר לגבו ויעבודת מטכון ומגיע תיקוע ובכן ולך תעלה קדושה׳׳

אחד ביחשין ובחשעשות שתים כרין וכמתים ישעק ומטם ירמיק היולון וש
ושבחו של הק׳ כדרשינהת בחיות׳ קשר הנה וג׳ בעבות שלשה מהנ׳ שלשה
הרכן אנוך ולון כחיותו סיון לדבר וענין עבות כאבות העולם שהן שלשה אברהם יצחק
בקחטת שלשה קקק׳ כבתרים שלשה כתר תורה וכהונה ומלכות כאמורות אותם הן ד׳ ומיכן
וגלב הרם ועבה ועתות שעמדי עמכון לישר׳ כגבעות אותם הן אותם ויהודה שירה
רבקה רחל ולאה׳ שנקראו גבעות כמש שדורש במתחות ומדלג על ההרים אלו האבות ומקפץ
על הגבעות אילו האימהות שבזכות אלו ואילו מקיים להם גלות מיד׳ בחיות אותם אין
חיות הקודש שעשויות כסא הכבוד כרין ודמות אותם חיות׳ ויש להם ד׳ כנפים כרין וג׳
ואותם כנפים לאחת ויעין כן פירשתי לפי׳ בשוחות שובע׳ כרין שובע שמחות את פניך
אל תקרי שובע אלא שבע הן שבע מצות שבחג׳ ודיבן הללו׳ וסוכה וחגיגה ושמחה כי די
שבעות שבעת ימי החג כרין בסוכות תשבו שבעת ימים׳ בחגיגת שויוה כרין שבעת ימים
תחוג ומת ובוס השויש ערת כמה דמו לה שניתנה לשמונה׳ בהוד להזכין הדור וקנה זה
אברהם שהודו הק׳ במקנה׳ כרין ואברהם זקן וזה ניוה הנה ואברהם זקן׳ אלין לירע שעשר
עשרון לון היה שום זקן בעולם עד אין הון עורים בניו ובני בניו אין הין עכרים אוה ירווה היוב
ויודה בהק׳ והין הבניו מכים את אבותם וכשראה אברהם אבינו את זכון העולם עמורה
הכיה שהיין היוב עמר ולכן הק׳ וזהו שדורש במתחות אברהם זקן ב׳ אבות שתבוש ג׳
דברים׳ ודהם התחילו וכו וזהו שיסד בהוד בבירי עין הדר להזכיר זכות אברהם׳ שהודו ר׳
הק׳ במקנה׳ בכבוד להזכיר ואחים נקנה׳ בכבודת תורים להזכיר זכותו של יצחק שהיה כבית
כבות על גבי המזבח עריבה להק׳ כעולת ריח ניחוח ואחים כרין עולות ואיקים אעלה לך׳ ואחים ומשוא
רבי טעמיות ומוב שירן׳ וזהו שיסד ואחים נקנה שנקנה יצחק להק׳ בעולה שריבה ומתוקה
וב׳ ומקובלת במשמת להכי׳ והזכיר תם חיי עד קנה בעת עין עבות׳ להזכיר זכותו של יעקב כי
שהיה תם ויושב אהלים וקנה דברי תורה שהם חיי העולם הבא כדכת׳ קנה לו דברי תורה קנה
לו חיי העולם הבא׳ ומן ומיש כדכ׳ קת׳ עין עין עבות זה יעקב אבינו זה הוא רחוש בעולם
כך יעקב רחוש בבניו׳ כשעה אין לעבר הזקנה׳ זה יעקב שחרוש כבני קת׳ ושבי של זה

ועוד אילו מינים שלהק שנקרא גבור שורה כי חיה עץ וגו ומעלה עם גבולי זהבים
אשה של גיהנם ורבין שומעה של ערבה מכפרת של לשון הרע כמו דורש במקרא ובן ולקחת
לכם ביום הראשון ד' מינים כנגד עונותיו התמורה כאשר כחוק ולא של המקרא אלא על הלב ו
הדר וערבה שאינו לוקחים בכל שנה והאלים כם ונגד הק' הלולב השדרה שלו דומה לשדרה
של אדם ומכפר על שדרה של אדם שאינו שם כהגיזה לכנ' הק' ואקרא הקטרין שם דומין לעינ
של אדם ומכפר על עינו של אדם שמסתכל בעבירה וערבה לו דומה דומה לפה ומכפרת על לשון
הרע ועבוכה שאדם מוציא מפיו והו שכר להעריב כם ואחד ויערו רחבו וחי גחל ; ולכ
בן תועבי ובין רכבת עולה התוב כלומר ומים הק לכל עץ שבעולם אנו הם גדולים וחשובים כגון
ארזים לא הועיל להם שאינם הק' והיו כם למען תב' יודעו התוב וראה כם וסמך על היגורה של
דורש כדגמוא יודעה הם קטנה ארץ והמה חכמי' ומחוכמי' כלומר הם קטנים שבארץ אילן
הן ד' מינין שבלולב והמה חכמי' ומחוכמי' הן לישר' לכחו יתירה שבשבילם שעתיה מחליכ הלולן
הק' כם בו מינין כתוב כתוב ורעה ומשך ועיקר התיבה תב' כתוב מטר חמין יחד כם והלא שלן
ושבעת ימים ראשון והלא ביום השני בדברים טחרים אלין יחד כם והלא כל שבעת הימים בין
במזוה ומקום כבית הכנסת שהוא מתקן הוא להלולים ותשבחות לכנ' הק' והוא טיפר שבכה
בבית הוא כדין ושמחתם לפני ה' אלה' כם שבעת ימים ב' יום ולקבול כדין ולקחתם לכם ולא בזוה
ומנים מאין בערבה אות חון הכנסת יכון העולם מועדים שאין באקיחתם מיהו ומיינים
זכות בערבה שתחיש לא שתה ברוח וגם ולה' לפערע מן הגלות שתה והכיר אותו לקריאת
ומעריע כדין וירושלי' שהיינו נערים טם ולהן והו שיסר להחיש של לפערע ושתה לקריאת ומע
ומעריע כדין חוה ימון קריאת ומעריע ; אז הידה חנה סוכן קורס לכן עד שלא נבנה
המקדש היכן היה חגירתו של סוכה ומסע המיע במזוה ומקום בתולותו תיקו' כלומ' בין התלונים
היתה שכינתו וחגירתו של הק' הלולי תיקו' כי כבנוה יכח נוחתו שהוא גבוה כשאינו שקט אלו
הנביאים ומשובחים שבראוכים וכן נקראו ששונים שקט על שם שהם שקועים ושלוים בריות
באים חגבגה אין בהם לא קשה ולא רתחות ולא עירק ברכב ריבותיים לשון המקרא הנה רכב
אלהים רבותי אלפי טשן יי' בם זו ומעשר עלחרוה הקטועה טיסר כששונו שקט בכביר וס
ופוסתן על שם סביבותין סוכו ; וחן כשלום אומ' הנביא לאחר שבנה בית המקדש חן הק'
כירושלי' שנקרא שלום סוכו כדין ויהי בשלם ומעונתו שם קראו שלום וכבראה קראו יראה
וחיבר הק' ב' שמות כטם יחד וקראו ירושלים דוד אשום דרכי דרמי שלום שלא לבטל רמן
המקרים ומה היא סוכו של הק' זה בית המקדש בשעה שיק כין ישר' שהם צדיקים וצנועים
כדין והיה לכת עם אלהיך כנגר שומר ומה שהם וגו צנועים בסתר כדומת כוח על יונה טה
בתמו ומוטה ועמוסה מקדש ושכנתי בתוכם משל למלך שהיה לו בת יחידה והיתה שהיא קטנה
היה מדבר עמה כרו וכשם וכיון שהגדילה נגלת אומר מה כלומר שהיתה קטנה הייתי מדבר
עמה בשוק ומכנון ומאלך אין כבודי לדבר עמה במהר בתוכה אין כך כיון טייעון ישר' ממיני
היה מדבר הק' עמהם בגלוי במדבר ומכון ומאל ואמר להם ועשו לי מקדש ומכן יסד בשעה מיק
בגלוי נבואה ומוחר כיון ויהב שהק היה מדבר עם ישר' שהם צנועים ויראים ומקום ישוע
ולגעם לדורם בעבורת עך אילו הקרבנות בהן ושכן כל אהרן הכהן עם את הנותים
כלומ' במקום שהיו ישר' מקריבין קרבנותם היתה שכינתו וחמיתו של הק' בסוכה סגולה
כלומ' כם כה אהבה וחבבה כדין וסגולה מלכים ומה זה אהבתו משנן כירתן והינם כתם
של הק' כנראה עוד הם המלוכים ענהם ועיניים כעין נחשת קלל כוהב להעים שבולם
של אשו במנהום כוכבים שהוא יושב של כוכבים כסוכו והוכות בירזות ישר' זה בית
המקדש כדין וה ורדות משכנתן אין לאהים יעבור ישר' זכות ויבן את ישר' הלבנון זה בית
המקדש ומה שנשל ביום ולבנון זה הר וה הישר הזה טה ורמה און בית המקדש שכו זה שממה
טה ורבה כדין והוהב הכם שנה ורמה בנירת טהרה כדין שבנה עליה טירת כסף ;

